



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Gnoti Seautón, Sive Arnoldi Geulincs Ethica

Geulincx, Arnold

Lugd. Batav., MDCLXXV

Sectio II. Quia de Humiliate pluscula dicenda sunt, visum est nobis Caput hoc bisariam dispartire: Hæc est Virtutum Cardinalium summa; & Virtus cum adhuc in Diligentia, Obedientia, Justitia versatur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48728)

Adminiculum Iustitiæ est serua essentia rerum consideratio, quæ in numero & mensurâ consistit: adeo ut res quæque naturam suam mutet, si vel hilum ei addas aut demas: igitur nec actiones probæ erunt (id est, dictamini rationis consentaneæ) si tantillum in iis plus minusve sit, quam ratio dictet. Hæc Num. 3.

Fructus Iustitiæ essentialis est illa satietas, quæ ex declinatione cum ejus, quod deficit exoritur: accidentalis autem fructus est satietas illa, quæ in passione consistit, quæ contentement vulgo vocatur.

Appendix, quod populus magis agnoscat vitium in defectu, quam in excessu; excessus tamen non minus malum est, ut pote, quod frustra in se habeat, quod ab omnibus malum esse cognoscitur. Hæc Num. 4.

## SECTIO II.

*Quia de Humilitate pluscula dicenda sunt, visum est nobis Caput hoc bifariam dispartire: Hæc est Virtutum Cardinalium summa; & Virtus cum adhuc in Diligentia, Obedientia, Iustitia versatur, rudis est; Humi-*

*Humilitas circulum absolvit : Ultra eam  
Virtuti nihil addi potest.*

§. I. *Humilitas.*

**H**umilitas est contemptio sui <sup>1</sup> præ  
Amore Dei ac Rationis. Contem-  
ptio, inquam, non *positiva*, sed *negativa*:  
Non requiritur enim ad Humilitatem. ut  
F 3 quis

<sup>1</sup> *Præ amore Dei ac Rationis.* ] Securitatis causa  
additur hæc lacinia ; non necessitatis : sufficit enim  
ad humilitatem, quod sit contemptio sui : aliunde  
enim contemptio illa provenire nunquam poterit, nisi  
ex amore Dei & rationis : cæteri omnes, qui hoc a-  
more non percipientur, ut se contemnere, negligere  
& abjicere videantur, hoc unum semper agunt, ut se  
& sua curent, qui ergo res suas familiares dilapidant,  
qui perpotant, qui sui & suorum negotiorum incu-  
riosi, qui totos dies stertunt : hi sunt, qui vel maxi-  
me suâ causâ laborant, propter se enim, propter la-  
borum & molestiarum incommodum desides sunt, &  
officium deserunt, propter delectationem & libidi-  
nem suam indulgent genio, & facultatis suas pessun-  
dant. Imo hi etiam, qui animam desperabundi ab-  
jiciunt, maximè id sui causâ faciunt, nempe ut effu-  
giant paupertatem, infamiam, supplicia, & quæ id  
genus sunt alia, quæ vulgo calamitates vocantur.  
Tandem necesse est, ut, quicquid ex proposito agunt  
homines, vel quia jubet Ratio, vel quia lubet illis,  
agant ( si enim non quia ratio jubet agis ; ergo, quia  
placet, quia lubet, quia sic videtur tibi, quia sic con-  
stituisi, agis) si hoc, propter se & sua causa agunt, &  
per

quis se ipsum <sup>2</sup> *positivè* contemnat, infamet, verberet, aut aliter male accipiat: Id enim per se nullius Humilitatis est; sed summæ dementiæ: nam Ratio, per se nihil tale nobis injunxit: Et inculco, *per se*, quia fieri potest, ut ex causa subinde aliquid horum præstare teneamur: v. g. partes nostri corporis, cum id ægrotat, interdum scarificandæ, inurendæ, secandæ sunt, imo etiam.

- - *immedicabile vulnus*

*Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur:*

Sic etiam causæ aliquæ particulares esse possunt, ob quas crimen aliquod quod perpetrasti, non celes; & te ipsum in invdiam, in odium, in contemptionem adducas; Sed quæ sic ex causa tantum & in loco faciendæ sunt, cum generatim & rotundè

per consequens non sunt humiles, non se ipsos contemnunt, sed se ipsos in omnibus respiciunt, si illud jam sicuti se ipsos contemnunt, ita etiam soli Rationi vacant. Non potest ergo esse verus contemptus sui, nisi ex amore Dei & Rationis.

<sup>2</sup> *Positivè contemnat.*] *Positivè* contemnit, qui ipsum contemptum spectat, ipsum illud in animo & intentione gerit, ut contemnatur & male habeatur. Quæ intentio longissime abest à viro bono, hic tantum negativè se contemnit, id est, nullam sui curam habet. Quod fieri non potest, nisi summam habeat curam rationis, ut jam statim demonstratum est.

tundè loquimur, dicimus non esse facienda. <sup>3</sup> Requiritur ergo ad Humilitatem contemptus *negativus* sui ipsius, quo quis de se non laboret, se non curet, nullum sui præ Amore Rationis, rationem ducat. Non quod vir bonus parare non possit ea, quæ corpori commoda, quæ animo suavia sint; sed quod non possit ea sui causâ, sui contemplatione parare, sed solius contemplatione Rationis: <sup>4</sup> quæ quandoque jubet corpus reficere & animum relaxare. Quo pacto autem hæc, quæ ad commodum

F 4

dum

<sup>3</sup> *Requiritur ergo ad humilitatem contemptus negativus sui ipsius.* Vir bonus quantum ad intentionem attinet, seipsum nullo modo curat, de se nihil laborat; quantum vero ad effectum attinet, unice se curat, maxime de se laborat: omnia enim, quæ facit, eo naturaliter & necessario tendunt, ut felicissimus sit atque beatissimus (ut infra patebit, ubi de præmio virtutis; scil. Tract. 5.) contrarium obtinet in malis: hi quantum ad intentionem, unice se curant, continuo de se laborant (ut patere potest ex iis, quæ ad initium hujus §. notabamus) quoad effectum vero seu eventum, se ipsos penitus negligunt & pessimè oderunt: nam quæ agunt, omnia naturaliter tendunt in eorum perniciem, in eorum deploratam, ultimam & miserrimam calamitatem: ut evidentissime demonstrabimus Tract. 5. ubi etiam de pœnâ peccati.

<sup>4</sup> *Quæ quandoque jubet corpus reficere, & animum relaxare.* Jubet hoc ratio per gradus aliquot, procedendo, quos paulo post, ubi de obligationibus dicetur, emetiemur, jam tantum obiter: jubet ergo ratio

tio

dum & voluptatem spectant, agendo ipsam nihilominus commodi ac voluptatis contemplationem seponere, & quasi ex animo delere possimus & debeamus (nam dictu inopinatum est hoc atque mirabile) infra commodius expediam.

2. <sup>s</sup> Humilitas etiam genus suum dicit

tio nos manere in vivis, donec solvamur (missi enim huc à Deo, hoc ipso etiam iussi sumus manere, donec quid aliud nobis injungeretur) hic si manendum est, vescendum est: si vescendum laborandum, corpus par laboribus habendum: si hoc ergo, quies eius sua & commoditas, & animo recreatio aliqua atque voluptas concedenda: per hanc scalam vir bonus semper ascendit & descendit: commodum quærit ut laboribus par sit: laboribus par esse vult, ut labores: laborare vult ut habeat, quo vescatur: vesci vult, ut vivat: vivere vult, quia Deus hoc iussit, non quia sibi placet, non quia vita (quod hodie proverbio tutum est) tam suavis sit: atque in hoc ultimo gradu sistit vir bonus; & Deum iussisse satis ei est. Ex quo apparet quam clarissime, eum sua commoda & suas voluptates aliquando quærere: nunquam vero propter se quærere ea, aut suâ causâ, sed quia Deus illum ad hæc quærenda subinde obligat, pulchrâ illâ & per continuos annulos (ut vidimus) perpetuo coherentem catenâ.

<sup>s</sup> Humilitas etiam genus suum dicit ex virtute. Quo pacto humilitas sit filia virtutis & λόγος seu Rationis, hic Pater ejus, illa mater sit, facile intelligetur ex iis, quæ annotata sunt ad §. 3. præcedentis sectionis, Num. I. de Justitiâ.

cit ex Virtute, <sup>6</sup> & quidem proximè:  
Amor enim Dei ac Rationis (qui est ipsa  
Virtus) hoc agit in amante, ut se ipse de-  
ferat, à se penitus recedat, nullam sui ra-  
tionem ducat: <sup>7</sup> in quo uno vera ac ge-  
nuina

F 5

6 *Et quidem proximè.*] Humilitas enim λόγῳ &  
virtutis filia, non neptis est: nihil enim intercedit  
inter ipsam & parentes ejus, seu nulla alia generatio  
interjicitur: etiamsi enim diligentia præcesserit, obe-  
dientia & justitia, harumque etiam fructus, & quasi  
filix, nihil tamen ex his habet rationem matris re-  
spectu ipsius humilitatis, id est, nihil habet rationem  
causæ, sed ad summum conditionis: nec enim ideo  
negligit se vir bonus, quia auscultavit Rationem,  
aut percepit Rationem, aut obedivit, aut justus fuit;  
sed totum ejus motivum, quo agitur ad se negligend-  
um, amor Rationis, seu virtus est: ideo enim me-  
re, & ob hoc unum se negligit, quia Rationem seu  
legem Dei amat.

7 *In quo uno vera ac genuina consistit humilitas.*] Humilitas est amplexatio obligationis, Rationis &  
oneris, quod ratio nobis injungit: Ratio quidem in  
se ipsâ dictamen est (cum virtus sic amat λόγῳ, pa-  
rit & diligentiam) Ratio etiam in se ipsâ, sed tamen  
cum respectu ad actus nostros, lex est (& virtus hoc  
amore tacta parit λόγῳ suo obedientiam) ratio etiam  
est, mensura morum & actionum nostrarum (& cum  
sic λόγῳ suum amplectitur virtus, parit ei justitiam)  
tandem Ratio effectum etiam aliquem in nobis pro-  
ducit, obligationem & onus atque officium, quod  
nobis injungit: huic cum virtus succollat parit hu-  
militatem, fieri enim nequit, ut onus suum acce-  
pet, & tamen se ipsam diligat: cum onus quâ sic  
non spectet ad amabile seu amabilitatem, non spectet  
ad favorem ejus, cui imponitur.

nuina consistit Humilitas. Igitur filia Virtutis Humilitas; sed, quantum ex vultu conijcere possum, post reliquas suas forores in lucem edita, <sup>8</sup> & natu minima est: priores enim illæ, quas jam salutavimus, <sup>9</sup> circa solam Rationem, ex cujus amore conceptæ sunt, occupantur totæ: Diligentia illam audit, Obedientia ei parat, Iustitia refecat impedimenta parendi: tandem Humilitas, omnibus refectis, se ipsam etiam abjicit, ut jam ne hilum quidem sit, quod

§ *Et natu minima est.*] Ratio hujus fabulæ, seu mythologia est, quia præcedentes virtutes Cardinales genitæ sunt ex amplexu Rationis ut in se est; Humilitas autem generatur ex amplexu Rationis, quatenus Ratio nos respicit, quibus onus & officium injungat; jam autem prius est, quod in se, quodque est, quam quod est in ordine ad alia; igitur & amplexus illa hoc amplexu prior est, priusque quod ex illo, quam quod ex hoc gignitur.

9 *Circa solam Rationem.*] Alia ejusdem ratio hic datur, scil. alia virtutes proximè occupantur circa objectum (id est circa quod;) humilitas circa suum subjectum (id est, in quo) versatur, nam diligentia est asscultatio Rationis, obedientia executio Rationis est; Iustitia est adæquatio Rationis (ecce hæ omnes circa Rationem versantur, quæ virtutis objectum, quæ id est, quod eo amore, qui virtutem constituit, amplectimur) humilitas autem est incuria sui: ecce hæc circa subjectum virtutis, circa personam illam, in qua virtus est, versatur: cum igitur objectum subjecto prius sit (ut vel ista nominum istorum ratio præfert) necessum est etiam, reliquas Humilitate priores esse.



quod Obedientiam in officio suo remoretur. Sed hîc mihi rursus non consto: cum enim hæc dico, Humilitatem interea diutius intueor, ac cum sororibus suis comparo: 1<sup>o</sup> natu jam non minima, sed maxima, & ortu suo ipsam Diligentiam antevertere videtur: Altum enim silentium requirit illa auscultatio, in qua Diligentiam reposuimus: & non tantum alios non audiat, necessum est, qui probum Rationis auditorem præstare se contendit; sed ne se ipsum quidem: quomodo enim idoneus Rationis auditor, qui adhuc secum garrit? imo vel mussitat? imo vel hiscit? Oportet ergo ut jam ante totum se rejecerit (id est humilis sit) qui Rationem, ut delectet, auscultabit: ecce hoc pacto Humilitas

F 6

10 *Natu jam non minima, sed maxima.*] Alia innuitur consideratio, juxta quam humilitas diligentiam prior est: nempe quod non nisi vir humilis rite possit Rationis dictamen auscultare, quo pacto enim auscultabit, quid dicat Ratio, si adhuc auscultet, quid dicat ipse, seu quid ad sua commoda & voluptates pertineat? Unde profecto bene infertur perfectam completamque diligentiam, præsupponere humilitatem seu incuriam sui: nam quod vulgo dicitur in linguâ nostrâ Vernaculâ: *Duos canentes audire possumus, non loquentes*, hic etiam obtinet, non possumus audire nos & Rationem, oportet ergo alterum oratorem deserere & toti vacare debemus Rationi, si quid illa dicit, audire voluerimus.

tas ante Diligentiam est. <sup>11</sup> At, rursus  
 cæcutio : jam enim Humilitas mihi non  
 soror Iustitiæ, ut pridem, sed ipsa Iusti-  
 tia videtur : Nam se negligere, omnem  
 sui contemplationem abjicere & resecare  
 (quæ Humilitatis essentia est) quid hoc al-  
 iud est, quam stringere gladium illum Iu-  
 stitiæ, quo quod redundat & quod defi-  
 cit, rescinditur ? Aliud ex alio me impedit  
 & ludit : jam enim Humilitas mihi Obe-  
 dientia videtur : quid enim Ratio præcipit  
 tantopere ? imò quid aliud Ratio præcipit,  
 quam sui non habere rationem ? id cum  
 præstet Humilitas, non aliam illam dice-  
 re debemus, quam Obedientiam. Iam  
 prorsus nihil abest, quin Humilitas mihi  
 ipsissima Diligentia sit. Qui enim se non  
 audit amplius, nihil ille præter Rationem  
 audit ; & se non audire Humilitas est,  
 Rationem verò audire, Diligentia. Sed  
 satis est : crebrâ suâ Metamorphosi,  
<sup>12</sup> plus

<sup>11</sup> *At rursus cæcutio.* Tota hæc tractatio, quæ  
 hoc Num. 2. continetur, parallela est ei, de quâ  
 ante s. de justitia Num. 1. ubi similes consideratio-  
 nes de prioritate & posterioritate virtutem, inter-  
 ponuntur.

<sup>12</sup> plus satis defultorios nos habuit hæc Pandora.

## Argu-

<sup>12</sup> *Plus satis defultorios nos habuit hæc Pandora.*

Non est vera leuias, nec defultoria vanitas; quæ nos hoc Num. 2. exercuit; sed studiosa quædam & amænna (qualis in fabulis esse solet) rei admodum seriæ consideratio: qua vidimus arctum illud vinculum, quo virtutes cardinales inter se colligatæ sunt atque deuinctæ, ita ut alteram sine alterâ habere nunquam possis: imo ut quælibet qualibet aliâ certâ consideratione prior sit; etiã si enim iuxta primam & simplicissimam considerationem ordo talis sit inter has virtutes, qualem libellus noster innuit; sunt tamen aliæ etiam considerationes veræ atquæ bonæ, penes quas alius inter illas virtutes ordo ponendus sit; merito igitur considerantur ut sorores, quæ arctis benevolentia brachiis inter se amplexæ mutuâ prærogativâ gaudent impensius, quam suâ: itaque quilibet alia, aliam quamlibet anteferri sibi, tantum abest, ut ægre ferat, ut etiam summopere gestiat, & id unum desiderare videatur, in quâ tota fabula suavis quædam & generosa quædam ubique spirat amenitas: Mythologia ejus jam satis nobis indicata est.

## Argumentum hujus.

## §. 1. De Humilitate.

**H**umilitas est incuria sui: non positiva sed ( ut hic verba sonant ) negativa, melius ergo incuria est neglectus sui humilitas dicitur, quam contemptus sui, quia hic positivum aliquid sonat, nisi bene caveas, illa vero negativum quid sonant. Hæc Num. 1.

Nascitur humilitas ex virtute: fieri enim nequit, ut quis se negligat, nisi ad hunc neglectum amore Rationis seu divinæ legis adductus sit.

Appendix continet certamen de prioritate, seu potius disputationem ambiguum, quæ quæ inter cardinales virtutes prior, quæ posterior sit, variè ambigitur: fundatur hæc disputatio in eo, quod sub diversâ consideratione omnes inter se priores, posterioresque sint. Hæc Num. 2.

§. 2. In

§. 2. *Inspectio Sui.*

**P**artes Humilitatis sunt duæ: *Inspectio sui*, & *Despectio sui*: Quantum ad priorem, hæc est illud veteribus tam decantatum *Ipse te nosce*, quod olim Apollinis templo inscriptum: *Atqui videtur hæc inscriptio, tamquam Dei salutatio quædam ad homines, ejus loco, quæ salvere jubet: quasi non probè dicatur, Salve, neque jubere hoc invicem deceat, sed temperatè vivere.* Divinum est illud Platonis in *Charmide*: & dant me in stuporem ista verba: *Quasi non probè dicatur, Salve, neque jubere hoc invicem deceat; sed temperatè potius, seu humiliter (sic Christiani loquuntur) vivere.* Vereor ut de industria dixerit, & ne non casu; Digitum intendit ad fontem Humilitatis: rem acu tangit; sed tantum acu.

2. <sup>1</sup> Hæc sua ipsius *Inspectio* in diligenti naturæ, conditionis & originis suæ dis-

qui-

<sup>1</sup> *Hæc sua ipsius inspectio in diligenti naturæ, conditionis & originis suæ disquisitione consistit.* In hac inspectione id primum agendum est, ut omnia dimittamus, quæ nostra non sunt: alioqui enim non ipsos purè, sed & alia quædam, seu ad alium aliquem pertinentia inspiceremus. Hæc dimittentes à nobis, eo tandem deveniendum erit, ut nihil nostrum esse videamus præter cognoscere & velle: quod  
ultra

quisitione consistit: Quam ut ritè consequar, primùm sic reputo, & mecum sic solus loquor: Tam multa sunt, quæ video, tam varia: Video pulcherrimum illud solis jubar, quod dierum ac noctium, hyemis & æstatis, caloris ac frigoris vicissitudines mihi parit: video subinde noctis tenebras diluentem Lunam, & infinita minima lumina, superiorem illam regionem interpolantia: Video nubes, sæpè candidas, nonnunquam atras, interdum quam plurimis coloribus sub vesperam ac auroram distinctas: hinc subindè tonitruum horribiles fragores exaudio: tum tremulas coruscationes & trifurca fulmina conspicio: nimbos inde, grandinem & nives decedentes: & mox vastum illud ac immane spatium, à fumis istis & nebulis detersum, ac limpidum, amænissimè cæruleum: Circum me aërem, ventis in me impulsam sentio, & audio illum alternis per os meum ac nares illabentem ac elabentem, inter respirandum quidem leniter; inter suspirandum autem vel anhelandum confertim & vehementer: Mare etiam propter me cerno, turbidum, inquietum, ad

ultra hoc est (ut mundus ejusq; partes, corpora nostra, eorumque motus) ad alium pertinere, nihil nobis in istis juris esse, verbo, non esse nostra: ut ex sequentibus in textu satis patebit.

ad litora sua statis horis assurgens subsi-  
densque : Video lacus , fontes & flu-  
mina : Video terram , innumerabili stir-  
pium , plantarum , lapidum ac metallo-  
rum sobole foetam & fertilem : Et tum in  
ipsa , tum in aquis ac aëre infinita volan-  
tium , natantium , gradientium , repentium  
genera. Hæc omnia cum video, <sup>2</sup> Mundum  
hunc, <sup>3</sup> aut aliquam ejus partem videre  
me

<sup>2</sup> *Mundum hunc.*] Nimirum mundus totus bre-  
viter hic descriptus est : descriptus autem , inquam ,  
est, prout in sensum nostrum incurrit (quid enim ipse  
mundus sit in se, alterius loci est, & in Physica diser-  
tè dicimus) mundus itaque ut sensum nostrum affi-  
cit, dividi commode potest in plagas, & plagarum  
incolas, prima plaga est vastum illud cæruleum per  
modum fornicis latissimè supra nos expansum: & hu-  
jus plagæ incolæ sunt stellæ ; inter quas eminent Sol  
& Luna : secunda plaga est aër, qui inter cæruleum  
illud & nostra corpora interjectus est : hujus incolæ  
sunt nubes & harum phasmata, ut Iris, Parelus co-  
loresque alii sub Auroram & Vesperam: itemque alia  
meteora, ut fulmina, fulgura, tonitrua &c. Tertia  
plaga est mare, & hujus incolæ sunt pisces seu species  
nantes. Quarta plaga est terra, cujus duæ regiones,  
superior, & incolæ hujus stirpes & animalia, seu spe-  
cies terræ affixæ, & species per eam gradientes, re-  
pentes, & paulo supra ipsam volantes, & inferior re-  
gio, cujus incolæ sunt metalla, lapides & infinita  
alia mineralia.

<sup>3</sup> *Aut aliquam ejus partem videre me dico.*] Nescio  
enim quousque extendatur hæc regionum amplitu-  
do: quantum sursum excurrat vastum illud cæruleum,  
quantum in latus terra atque mare diffundatur: ideo  
tam.

me dico; Sed hæc omnia cum video, clarissimè mihi sum conscius, + nihil horum fecisse me, nihil horum facere me posse; cuncta hæc invenisse me hic.

3. Tandem est etiam Corpus aliquod, quod mecum magis junctum est, vel eo nomine, quod hujus interventu, reliqua corpora, quæ jam nobis in mentionem inciderunt, percipiam, atque aliter ea percipere non valeam (nam si oculis istis caream, non videbo; si auribus, non audiam) Hoc quia mecum ita junctum est corpus, *Meum corpus* vocare soleo. Hoc etiam

tam non sum certus, mundum me videre, quam quidem aliquam partem mundi: facile intelligo multa sursum deorsumque esse, ad quæ ego sensu & cogitatione non pertingo: ideoque cautionis ergo, ne quid hic me inspiciendo, me ipsum deciperem, adjicio ista clausulam, video *mundum* vel partem ejus.

4 *Nil horum fecisse me.*] Nullam habet difficultatem, nemo tam demens est, qui horum aliquid sibi tanquam opifici arroget: & ut stultissimus aliquis id arrogaret sibi, ore certe, non mente id faceret: Deus enim conscientiam hujus rei tam apertam & claram fecit in nobis, ut non sinat illam, ullâ stultitia nostrâ deleri vel obscurari: omnes uno ore consentimus: *Nos ista non fecimus, nos ista hæc omnia invenimus, nos ista hic omnia relinquemus.*

5 *Meum corpus.*] *Definitum* ergo est *Meum corpus*, nempe quod mihi occasio est percipiendi alia corpora hujus mundi, & sine cujus interventu alia corpora hujus mundi non perciperem: si enim oculis carerem,



etiam corpus , <sup>6</sup> agnosco clarissimè non fecisse me , nihil simile me facere posse : etiamsi enim tale aliquod corpus , aut generaverim fortè , aut etiamnum generare possim ; tamen generare tale corpus (placuisse intelligo) <sup>7</sup> non est facere tale corpus :

carerem , alia ista corpora non viderem , ergo si toto meo corpore carerem , etiam alia ista corpora non viderem , & ita de auribus & reliquis sensuum meorum instrumentis dicendum est. Interim corpus meum pars hujus mundi est , incola quartæ plagæ , & inter species gradientes sibi locum vindicat. ego vero minimè pars hujus mundi sum : utpote qui sensum omnem fugiam , qui nec videri ipse , nec audiri , nec manu tentari possum : hæc omnia in corpore meo sistunt , nihil horum ad me usque permeat : ego speciem omnem excedo , ego sine colore , sine figurâ , sine dimensione , non longus , non latus ; hæc enim omnia ad corpus meum pertinent : Ego sola cognitione volitioneque definior. Hæc omnia magis patebunt ex iis , quæ mox se inter inspiciendum me exerent.

<sup>6</sup> *Agnosco clarissimè non fecisse me.* ] Nec hoc difficultatem aliquam habet : & nemo etiam tam ineptus est , qui hic aliquid sibiumat : omnes ingenuè fatentur , forte occasionem dedisse se , aut dare posse , ob quam corpus aliquod humanum generaretur ; cæterum generationem factionemve istius corporis non attigisse se.

<sup>7</sup> *Non est facere tale corpus . non magis sane , quam agrum conferere , sit frumentum & flosculos , quæ reddit ager ille , facere.* ] Proinde reprehendenda est scurrilis illa quorundam in vernaculâ nostrâ ligua locutio , qua eum , qui prolem forte genuit , *puerum* vel *pueros*

pus : non magis sanè , quam agrum conferere , sit frumentum & flosculos , quæ reddit ager ille, facere.

4. Jam Corpus meum variè quidem pro arbitrio meo movetur ( lingua namque in ore meo huc illuc titubat , cum loqui : brachia jactantur , cum nare : pedes projiciuntur , cum ire volo ) <sup>s</sup> Sed motum

*pueros fecisse* dicunt : scurrilis inquam, est hic loquendi modus , ( & fateor ) non solet hoc nisi per deridiculum dici : interim abstinendum est ; phrasis enim per se ipsa impietatem sonat , & quod Deo proprium est, adscribit aliquando quibusdam nebulonibus : cum non sciat homo , qui generat , quomodo fiat corpus humanum , imò infinitas ejus partes ( quæ indies adhuc aliæ atque aliæ ab Anatomicis deteguntur ) ignorat : non potest sine summâ impudentiâ , non dico arrogare sibi , constructionem , factionemque talis corporis ; sed vel phrasi illâ ac modo loquendi abuti, quâcum cum liberis operam dedit , liberos fecisse se dicat : quid quod non tantum hic qui sic loquitur, opificem se humani corporis ( in quo ipso summa impietas est ) sed integri & completi hominis ferat : adeoque mentis humanæ factionem sibi arroget. Turpis ergo phrasis illa , & turpitudinem ejus non satis capiunt , qui illâ solent uti ; sed periculosum est male loqui , etiamsi non malè cogites : facile enim à verbis malis venit ad cogitationes malas : ut jam ante notavimus §. de Justitia. Num. 3. ad illa verba : *At toleranda forent hæc vitia nominum, &c.*

<sup>s</sup> *Sed motum ego illum non facio.* ] Quæ N. 2. & 3. tanquam aliena à nobis rejecimus : nempe mundi hujus partiumque ejus , adeoque & corporis nostri (quod

tum ego illum non facio : nescio enim  
quomodo peragatur : 9 & qua fronte di-  
cam , id me facere , quod quomodo fiat ,  
nescio ?

(quod & ipsum pars quædam hujus mundi est , ut paulo ante annotavimus ) constructionem : nullam habent difficultatem , & illa facile quisque sibi detrahi patitur , quæ tam aliena novit. Sed hic occurrit spissum aliquod velamentum , quod totam nostrum ipsorum inspectionem impedit , quod tamen inordinatus tenere & vindicare nobis per fas & nefas conamur : motum , inquam , corporis & membrorum ejus : hunc solemus ita nobis adscribere , ut nullatenus dubitare videamur , quin is à nobis fiat : proinde risu tantum accipimus eum qui secus dixerit ; donec vera philosophia , non illum , qui hoc dixerit , sed nos ipsos stultâ illâ persuasionem impulsos atque deceptos , ridiculos nobis ipsis facit. Ita est : immisceamus nos libenter ( nescio quâ innatâ superbiâ ) Dei operibus : nam cum ille movendo mundum faciat ( quod in physica evidentissimè demonstramus ) nos æmuli ejus esse volumus , cum movere nos etiam posse contendimus , saltem hocce nostrum corpusculum.

9 Et quâ fronte dicam , id me facere , quod quomodo fiat nescio ? Evidentissimum est , & quo nihil clarius excogitari potest : *Ego non facio id , quod quomodo fiat , nescio.* ( Objecerunt aliqui contra prædictum actionem , sæpe esse , quod nescimus quomodo sit vel fiat : ut nescimus quomodo sit vel fiat : ut nescimus quomodo ferrum ad magnetem tendat , & tamen eo tendit. Hæc objectio ridicula est : nos enim non diximus : *quod nescis quomodo sit , non est , sed : quod nescis , quomodo fiat , id non facis ;* ex quo bene sequitur , nos motum ferri ad magnetem non facere : non autem illum non esse.

Alii

Alii objecerunt : *Si nescio, quomodo fiat non facio,* juxta vos ; ergo *si scio, quomodo fiat, tunc facio.* Hoc vero perquam ridiculum, nam bonus phylicus V. G. potest scire quomodo fiant effectus aliqui naturales, quos tamen non ipse, sed natura facit : bonus pictor potest scire, quomodo fiat certa pictura, quam tamen non ipse, sed alius quispiam pinxerit. Hæc objectio non minus inepta est, quam præcedens, & continet manifeste fallaciam Antecedentis, ut Logici vocant ; perinde ac si sic argueres : *si non movetur, non currit, ergo, si movetur, currit,* erat autem sic arguendum ( ut Logici demonstrant ) *si non movetur, non currit, ergo si currit, movetur :* & similiter : *si nescio quomodo fiat, non facio, ergo si facio, scio quomodo fiat.*

Alii objecerunt, multa esse quoad modum in actionibus nostris, quæ nos ipsi ignoramus : infiniti enim modi, infiniti respectus sunt, habitudines & comparationes in quolibet effecto, quibus ipsum ad alia quædam referri potest infiniti modi, quibus se ad alia habeat. Sed neque hæc objectio, ( etsi sophistica minime ut erant præcedentes ) nihilo plus, quam præcedentes evincit : respondetur enim facile nos, quia ea, quæ facimus, non quoad omnem modum cognoscimus, etiam non quoad omnem modum efficere : tantum effecti nostri facimus, quantum illius cognoscimus, non ultra : facit V. G. aliquis syllogismum, ignarus figuræ syllogisticæ : hunc igitur modum, quia non cognovit, etiam actione suâ præterit, inciditque hic modus in effectum, non est ab ipso positus in effecto qui enim ponat ibi quod non novit ? Atque adeo in communi vita, si quid forte dixerimus, in quo offensio aliqua erat ; ignari interim hujus modi, omnes intelligimus Architectorum min istros, etiamsi partes aliquas ædificii construant, quia tamen modum ædificii ignorant ( qui )

(qui est in mente & ideà Architecti ) ipsum ædificium propriè non confecere &c ) Nec argumentis hic opus est, sed unius cujusque conscientia, homines sensibus suis inescati rarò ad conscientiam suam se convertant, argumentis quibusdam quasi per indirectum eo deducendi sunt : dico ergo nullam esse rationem, cur non putes te quidvis eorum & quæ sunt & quæ facta sunt, vel fecisse vel facere, si aliquid horum arrogare tibi ut opifici volueris, quod quomodo fiat, nescis : si enim nescius quomodo motus fiat in membris tuis, eum nihilominus te facere confirmes : pari ratione dixeris, Homeri Iliadem fecisse te, aut Semiramidis muros, aut Pyramides : pari ratione dices te Solem cieri ; Et dierum atque noctium, hyemis atque æstatis vicissitudinem nobis facere : cur enim hæc non facis, cujus tibi conscius, quod hoc non feceris, nisi quia nescis quomodo fiant ? Primum enim est, quod respondere solemus, cum non fecisse nos efficacissime convincere volumus, non intelligo, non scio quomodo fiat. Atque similiter modum nescis, quo motus in membris tuis peragatur : conscius tibi es cum vis, non ad te illum, sed ad alium aliquem pertinere. Nihil autem est, quod propositum axioma possit obscurare, si non præjudicio aliquo laboraremus, quod infantia nostra nobis allevit, atque Philosophorum Scholæ confirmarunt atque corroborarunt : scil. putamus res naturales facere aliquid, & tamen nescire quid & quomodo faciant : V. G. Solem illuminare, id est ( ut interpretamur ) lumen efficere ; ignem calefacere ( id est ) ( simili interpretatione ) calorem facere : gravia cadere, id est, sui prolapsum & motum ad inferiora efficere ; nescire tamen hæc quid faciant & quomodo faciant. Sed hæc est insignis nostra stoliditas : cum enim nobis ipsis facile detrahi patiamur ( excipe unico illo casu de motu membrorum nostrorum ) ea, quæ nescimus quomodo fiant, mirum est, nos in rebus illis brutis non eodem  
uti

nescio? 1<sup>o</sup> Nescio enim, quomodo, & per quos nervos aut alias vias, motus è cerebro in

uti argumento. Qui itaque verâ Philosophiâ initiati sunt, moverunt quam certissimè, nec solem esse, qui lumen, nec ignem, qui calorem, nec gravia, quæ lapsum faciant; sed Motorem hæc omnia proximè & immediate producere, imprimendo diversum motum aliis ac aliis partibus materiæ, eoque diverso motu & nullo alio interveniente diversâ illa corpora (solem, ignem, lapides, &c.) constituere: diversissimosque illos ad sensum nostrum effectus producere, usu & motu pariter, & diversis partibus materiæ, quibus illud imprimi, tanquam suis instrumentis: etiam enim clarissimum nobis sit, cum non esse actorem, qui quid & quomodo agit nesciat; clarissimè tamen etiam intelligimus, instrumentum posse esse opificis, quod quid per ipsum, & quomodo agatur, nesciat. Unde mirari subit impudentiam illam (ut levissimè dicam) Peripateticæ scholæ, quæ constituit res illas naturales in censu causarum efficientium, cum ad salvandum *φανόμενα*, id est, apparentias naturæ (quod Philosophi munus est) satis esset eas in instrumentorum numero habere, sed nimirum velut de dicitur opera commentis istis Deum sibi obscurum reddiderunt: qui statim ex hoc axiomate, *quod nescis quomodo fiat, non facis*, clarescit.

1<sup>o</sup> Nescio enim, quomodo, & per quos nervos, aut alias vias, motus è cerebro in artus meos derivetur. Nullâ quidem scientiâ conscientivæ exploratum habemus, motum è cerebro per nervos in artus nostros derivari; sed solâ experienciâ id nobis innotuit, præsertim Apoplecticorum & Paralyticorum: in Apoplecticis enim, seu in iis omnibus, in quibus cerebrum ita generaliter affectum est, ut è cavitatibus ejus in nervos interclusus sit meatus, videmus motum peni-

in artus meos derivetur : " nescio quomodo ad ipsum cerebrum perveniat : & an perveniat ; Aut si id Physicis rationibus ac Anatomicis experimentis aliquatenus

G                      affecu-

penitus sufflaminari, respiratione duntaxat superstite, eo quod hæc intra pendeat à fervore cordis (quod vide sis in duabus nostris de respiratione Disputationibus) similiter in paralyticis, seu in iis, qui membrum aliquod corporis sui, puta manum, movere non possunt, viam aliquam interclusam deprehenderunt Medici, seu nervum obstructum compressumve, per quem & cerebro in membrum illud, V. G. manum, patebat aditus atque influxio. Et hæc, quæ dixi, experientiâ constant, & non aliter, experientiâ vero opere experto, circa quod ipsa versatur, necessario posterior est, ac supponit illud jam absolutum : ita ut in illud influere dirigendo non possit : non est igitur experientia cognitio, quæ faciat ad opus efficiendum ; sed ad summum servit simili operi faciendo, & imitando : Cum ergo solam experientiam, & quidem perexiguam habere possimus circa modum, quo motus in corpore nostro dispensatur (nempe è cerebro in nervos, è nervis in artus nostros atque musculos illabendo) non potest nos illa cognitio motores facere : seu illa cognitio non sufficit, ut quia eâ solum indutus est quispiam, ideo auctor motus esse queat.

II *Nescio quomodo ad ipsum cerebrum perveniat.* ]  
Docent Physici atque Anatomici motum è corde nostro per arterias carotides ad cerebrum ascendere : focus enim ille atque ardor, qui in corde est, sanguinem cordis agitat, & quasi in ebullitionem attollit, partes vero solidiores hujus sanguinis, magisque ad motum aptæ, minutim admodum divisæ, celerissimeque

afsecutus sum, <sup>12</sup> sentio nihilominus li-  
quidò, me ab illa cognitione in motu  
membrorum meorum non dirigi; & æque  
promptè aut fortè promptiùs jam olim ea  
movisse, cum id me toto cœlo fugeret.  
Ad hæc, cum fortè vehementer defati-  
gatus

mèque motæ, vasis suis in cerebrum illabuntur, ibi-  
demque intra cavitatis cerebrî in omnem partem agi-  
tata, Spiritus vocantur: hi Spiritus per nervos, qui  
omnes in cerebrum patent, deveci, motum artubus  
nostris, ad quos hi nervi alterâ sua extremitate perti-  
nent, communicant: Sed qualiscunque hæc est scien-  
tia (certè non admodum præstantem esse facile vide-  
mus, & vix quicquam ab opinionibus suspicionibus-  
que differentem) tota per experientiam hausta est,  
imò ad summum inde hausta est, experientia vero,  
ut jam paulo ante notavimus, non est scientia aucto-  
ris, sed contemplatoris operis alicujus.

<sup>12</sup> *Sentio nihilominus liquido.* ] Experientia  
tantum constat, ut vidimus, & certè parum adhuc  
constat, quomodo, & unde motus in corpore nostro  
derivetur; hæc vero experientia non juvat nos in mo-  
tu membrorum nostrorum: supponit enim illum, &  
eo posterior est, ut mox notabamus: & quidem si  
illam qualemcunque nostram notitiam, deinceps ad  
motum nostri corporis dirigendo abuti voluerimus,  
tantum abest, ut juvatura sit, oberit pessimè, reddet-  
que nos in motu peragendo hebetes planè atque in-  
epros: ut postea latius nonnihil deduximus.

Nos proinde intra nos duntaxat operamur, in  
nobis manet, quodcunque agimus (aliud enim nihil  
agimus, præter cogitare & velle) tamen internam in  
nobis operationem sequuntur aliquando externa  
quædam



gatus sum, aut potius inscio me, manum  
meam vel pedem Paralysis invasit, eodem  
subindè modo me ad motum habeo, atque  
ut cum integer eram, <sup>13</sup> idem quantum  
est ex parte mea contribuo; & tamen  
motus

quædam opera: at vero hæc non nostra sunt, sed al-  
terius opera: quod non solum juxta ante memora-  
tam regulam, sed etiam ex consequentia externa ad  
internam operationis, metiri licet: eam enim vide-  
mus quam clarissimè à nobis non dependere, & no-  
bis insciis esse determinatam & factam: atque hæc est  
altera veritatis manus, quæ nunc utraque manu exter-  
num illud opus (motum membrorum in corpore no-  
stro) quod tam audacter sibi assignaverat præjudi-  
cisi infantia dudum occæcata mens, nobis extorsit  
& eripuit.

13 *Idem quantum est ex parte meâ contribuo.*] Est  
aliquis V. G. qui vesperi sanus decubuit: nocte inter  
dormiendum catharro forte in nervum brachialem  
incidente, brachium ei paralyticum redditur: mane  
experrectus & hujus rei ignarus, accingitur subito ad  
vestiendum se, vultque ut fieri solet thoracem suum  
arripere. Manus, ipso mirante & stupente, non pro-  
cedit ad thoracem, ut ante hac solebat; sed languida  
in lecto jacet, & non nisi alterâ manu de loco in lo-  
cum moveri potest. Hic paralyticus clarissimè sentit  
sibi que conscius est, se dum manum thoraci injicere  
volebat, idem præstitisse prorsus, quod alias solebat,  
cum manus injiceretur thoraci: adeoque clarè videt,  
ipsam manus injectionem seu motum illum à se nun-  
quam profectum fuisse; sed ab alio, qui ipso volente  
motum illum peragebat.

motus non sequitur : <sup>14</sup> Argumento claro, quod ego non faciam illum, ne tum quidem, cum etiam ad arbitrium meum quædam in corpore meo moventur.

5. Quod si motum non facio in corpore meo, multo minus eum extra corpus meum facio : multo minus illa facio, quæ passim cum populo agens, facere me tam asseveranter dico, <sup>15</sup> scripturam, picturam,

<sup>14</sup> *Argumento claro, quod ego non faciam illum.]* Argumentum quod jam proxime tangebamus, secundum est, quo motus nobis ut auctoribus detrahitur : primum enim argumentum erat nescire nos modum, quo motus fiat, in membris nostris, ideoque nos illum non facere, alterum jam argumentum est, quod motus independenter à nobis determinatus atque limitatus sit quoad tempus & spatium : quoad tempus quidem ut demonstratur in illo paralytico, de quo paulo ante (hic enim quodam tempore non habet motum in brachio suo, idque independenter ab ipso paralytico, imo & contra voluntatem ejus) quod ad spatium vero, ut dicitur Num 7. ibi enim illud argumentum absolvitur, quod hic inchoatur. Prima ergo regula rationis, quæ motum nobis detrahit, est : *Quod nescis quomodo fiat, id ne facere te dicas.* Secunda regula. *Quod alterius arbitrio definitum est, in id nihil tibi juris esse scias.* Motus ergo & abest subinde, cum nolumus (ut in paralyti) & adest subinde cum volumus (ut in convulsionibus epilepticis) Motus ergo alio quam nos auctore stat atque cadit.

<sup>15</sup> *Scripturam, picturam, panem, laterem, scamnum, mensam, calceum, vestem.]* Scil. non facio. Jam pridem scholasticorum sapientiores ingenuè fatentur, nos extra

ram, panem, laterem, scamnum, mensam, calceum, vestem: hæc enim nisi per motum fiunt, quem cum ipse non faciam, non est quod ea etiam, quæ jam sta-

G 3

stim

extra nos nihil efficere, nisi conjungendo ac disjungendo: Pictor picturam fecit? Quid fecit aliud, quam pulvisculos quosdam (colores vocantur) separatos ante inter se conjungere, & oleo illitos, ac in penicillum receptos affigere tabulæ? Statuarius statuam fecit; sed hoc non est aliud, quam partes quasdam ex trunco deradere, quibus derasis detractisque, jam apparet, qui erat in isto ligno, ut dici solet, Mercurius: Atque ita se res habet in reliquis, quæ arte humana conficiuntur, vestibus, domibus, navibus &c. Exteriorius in hæc motum conferimus, aut nihil, motum non conferre nos, manifestum est ex præcedentibus; ergo nihil in ista conferimus, sunt hæc prorsus alterius cujusdam opera. Sed dicat forte aliquis, si ita sit, cur pictores aliqui, aliqui autem in picturæ ignari? Cur architecti, cur Naupegi, alii minime? Nemo enim juxta nos aut picturas, aut domos, aut naves, & quæ hujusce generis alia sunt, facit. Facilis responsio est, quidam habent artem hanc vel illam ut exemplaria quorundam operum, in mente sua, voluntque eos motus, qui ad opera illa ponenda necessarii sunt, his volentibus succedunt illi motus. Suntque hi proinde artifices, dicunturque & artificio suo quædam opera, quorum hoc pacto auctores sunt, iis adscribuntur; etiamsi interim ipsum opus (puta picturam aut statuam) secundum se non attingant; alii vero non habent talia in mente exempla, talesque imagines, motusque eos, qui ad expromendum ista requiruntur, ignorant, qui proinde artificum nomine minime dignandi sunt. Sint ergo alii artifices, alii non, etiamsi nec hi, nec illi rem aliquam extra se in hoc mundo producant: ut jam demonstravimus.

tim commemorabam, aut alia similia facere me, persuasum habeam.

6. Denique <sup>b</sup> huc mihi deveniendum esse perspicio, ut ingenuè fatear, nihil me extra me facere, quidquid facio in me hærere, nihil horum quæ ago, ad meum aliudve corpus, aut alio quoquam manare. Etiam si fortè alius quispiam sit, qui inconsulto meo, sed arbitrato suo actionem meam ad corpus aut aliud quippiam pertinere velit, & volendo faciat, ut pertineat; sic ut meæ partes hîc nullæ sint, & ea non sit vis meæ actionis, sed  
sux:

<sup>b</sup> Igitur in mundo nil quicquam agimus: spectamus eum duntaxat: verum illud spectare rursus admirabili modo contingit: nam mundus non potest se ipsum ut spectetur exhibere, nec speciem suam nobis ingerere: est in se ipso invisibilis: quemadmodum non operamur in id quod extra nos est, ita quod extra est, non operatur in nos: nostrum operari in nobis terminatur, & mundi opera in mundo terminantur, non attingunt mentem nostram: cum ad corpus nostrum (quod est pars aliqua mundi) appellunt, eo devenerunt, ubi non datur ultra: nam præter motum & locorum mutationem, nihil est in mundo quod habet rationem operæ (imo illud ipsum moveri non est operari sed pati) jam motus localis tantum locum obtinet in loco, & in eo quod collocatum est, non attingit motus ille spiritum, non rem illam, quæ tantum cogitat, & præter cogitationem nihil est. Est proinde rursus *Alius ille*, qui speciem ex aliqua mundi parte in nos ingerit, qui nos sive nostram voluntatem in partem mundi transferebat.

suæ: <sup>16</sup> Interdum enim id ago, ut alio pertineat actio mea, & tamen operam ludo, etiam tunc cum id totum impendo, quod ex parte mea sufficit, quodque aliàs impendere solebam, cum se extra me actio mea exerebat.

7. Alius igitur quis animat actionem meam, <sup>17</sup> cum extra me dimanat, & vim ei ac pondus, quo tantum valeat, quod à  
 G 4 me

<sup>16</sup> *Interdum enim id ago.*] Exemplum habes N. 4. sub finem, ubi de paralytico: agit is ut alio pertineat actio sua (vult manum suam moveri, thoracem V. G. attingere, quo se vestiatur) & tamen operam ludit, quamvis impendat tantum, quantum ex parte eius sufficit, ut motus fiat, & totum hoc impendat, quod impendere solebat aliàs, cum ex voluntate ejus motus in manu succedebat.

<sup>17</sup> *Cum extra me dimanat.*] Actio mea non proprie extra me dimanat, tota semper in me sistit & hæret; sed quia cum actione meâ, V. G. voluntate loquendi, luctandi & ambulandi, Deus ineffabiliter conjunxit motus quosdam seu linguæ seu manuum atque pedum in hocce corpusculo meo: hinc actio voluntatis meæ, cum illi motus eam subsequuntur aut comitantur, tropico quodam aut figurato modo loquendi, extra me tendere & in corpus meum ejusque membra, linguam, manus, atque pedes transfundi videtur; non ipsa tamen tunc transfunditur: nam illa, quæ in corpus recipitur actio, non mea, sed motoris actio est; ut benè notatur Num. 6. his verbis: *Sic ut meæ partes hic nulla sint, & ea non sit vis meæ actionis, sed sua.* Et infra Num. 14. art. 3. & 4. *Actionem meam vi Divina aliquando extra me diffundi: catenus vero non esset meam actionem, sed Dei.*

me accipere non poterat, impartit. <sup>18</sup> Is  
idem terminos posuit, ultra quos eam ef-  
ferre non constituit: <sup>19</sup> etiamsi enim ad  
imperium voluntatis meae (*hic actio intra  
me est*) subinde manus mea sic moveatur  
(*hic actio extra me est, & jam in corpus  
meum translata, non equidem à me, sed ab  
eo qui hoc potest*) ut simul moveantur lapi-  
des aliqui, digitorum meorum uncis im-  
plexi, fiatque hoc modo certus acervus,  
quem domum aut turrim voco, quam  
etiam

<sup>18</sup> *Is idem terminos posuit.*] Hic attingitur pars  
altera secundi argumenti, de quo ad Num. supra cir-  
ca finem aliquid annotavimus; nempe ad limitatio-  
nem motus hæc spectant, & sicut ibi limitationem  
motus quoad tempus considerabamus (subinde enim  
motus voluntatem nostram comitatur, subinde non,  
ut ibi vidimus) ita hic, quoad spatium: motus, qui  
nobis quomodocunque datus est, ad exiguum spatii  
restringitur; in cælo, nihil, nihil in aëre, præter  
quam in crasso hoc & vapido, quo circa terram cir-  
cumfundimur, in terrâ fortè, forte in ejus superficie,  
in mari tantillum movemus; quod ipsum tamen mo-  
vere dicendum non est: est ergo motus, sicut nobis  
ut auctoribus detractus est totus: ita ut utentibus re-  
linquitur perexiguus.

<sup>19</sup> *Ad imperium voluntatis meae.*] Ne quidem hoc  
in rigore verum est, nihil ergo quod hic imperem ha-  
beo, nec motus sequitur in membris meis in volunta-  
tis meae; sed voluntatem meam comitatur: non ideo  
inquam, pedes isti moventur, quia ego ire volo, sed  
quia aliquid me volente vult. *Sicut pugio in cunis suis  
conditus, si eas agitari velit, saepe agitantur; non quia  
ipse*

spectator sim, inquirendum est: <sup>23</sup> Nempe vastum illum cæruleum, tum aërem, mare, terram, tum horum incolas sidera, nubes, animalia, plantas & fossilia cum

G 6

video,

quomodo circumcidi debeat, ut nostra sit, videbimus in sequentibus. Duæ igitur sunt partes humanæ conditionis, scilicet agere hic in mundo aliquid & aliquid pati: quantum ad priorem partem attinet, dictum est in precedentibus, estque ea pars tota fere expuncta: *Velle* enim solum nobis relictum; quod non ad mundum pertinet, sed ad nos ipsos: ita scilicet ut actio tota maneat in nobis; Virtute Divina aliquando educatur quidem, sed eatenus non sit nostra, sed educentis actio. Quantum ad alteram partem, de qua deinceps agendum est, quæ tota consistit in Passione, qua patimur à partibus hujus mundi, quæque consequenter hæc agunt in nos: Videbimus actionem illam partium hujus mundi, etiam in partibus illis manere, & nequaquam ad nos posse perungere; aliquando quidem in nos ipsos derivari motus partium hujus mundi, sed eatenus non pertinere ad partes hujus mundi, sed ad inducentem. Qui ergo actionem nostram educit aliquando, & in partes hujus mundi transfundit, is idem actionem istarum partium in nos inducit, nos interim nec in res illas, nec illæ in nos agunt: nostra actio in nobis, & earum actio in illis sistit; qui educit & inducit has actiones, ille est qui vere, & in nos & illos agat.

<sup>23</sup> *Nempe vastum illud cæruleum &c.* Brevis recapitulatio eorum, quæ N. 2. dicebantur, quatuor mundi plagæ, & singularum incolarum breviter perstringuntur: ibi enim proponenda ista erant, ut quid ex illis actione nostrâ & quomodo attingere possemus, & videremus, jam eadem proponenda sunt, ut videamus, quæ ex illis, & quomodo nos actione suâ attingant.

video, satis <sup>24</sup> superque persuasum habeo, ea omnia sic esse, ut video. Sed etiamsi sic essent, quid opus est ea me videre? <sup>25</sup> Nimirum quia oculos habeo. Sed quid hoc est, *oculos habeo*? Pelliculas, membranulas, tunicas, certis liquoribus, certo modo distentas, compositas,

<sup>24</sup> *Superque* ] Nimirum non sic se habent ut video, nec sic se habere possunt ut video (ut in verâ Physica & Metaphysica satis demonstratum est) nemperes illæ extra nos positæ præter extensionem & motum nihil habent; ego tamen in illis & colores & lumen & sonos, & infinita similia alia simulachra speciesque video, idque supra quam cæcet mihi persuadeo, res quas video, sic esse ut video; sed cito, ita se habeant ut video: quid opus est me eas videre? &c. quæ sequuntur in textu.

<sup>25</sup> *Nimirum quia oculos habeo.* ] Quod de oculis hic dicitur ad aures, nares & reliqua sensuum instrumenta accommodandum est: merito autem oculorum præ ceteris mentio fit: nam hac parte præcipuè mundum incolimus, & longe plurimas mundi partes oculis nostris usurpamus, de quibus etiam nihil sciremus, si hoc sensu, qui oculos incolit, carceremus: unde & quia à nativitate cæci sunt, exiguam hujus mundi partem inhabitant, comparatione factâ ad vastam illam sursum præsertim protensam plagam, quam nos quotidie oculis istis oberramus, de qua cæci isti nihil resciant: cumque illis & Solem & Lunam, & stellas & vastum illud cæruleum, & nubes & earum phasinata atque colores enarramus, nihil nisi inania nomina occinimus: nec enim plus rei hæc significant illis, quam *sisimandrum*, *si polendrum*, *sin-captis*, & similia inania, quibus ridiculus ille apud Plautum coquus, cibos suos condire se jactat.



etiam ædificare me dico ; 2<sup>o</sup> tamen ad imperium voluntatis meæ non perinde , aut Sidera sursum , deorsum , ultro citro- que commeabunt , aut nubes præsto erunt ut sata mea perpluant , aut secedent , ne mihi officiant apricanti , aut mare aliter ac solet , fluet refluetque.

G 5 8. 2<sup>o</sup> Sum

*ipse hoc vult ; sed quia mater vel nutrix , qua assidet , quaque ( modo quodam loquendi ) id præstare potest , id etiam ipse volente præstare vult.* Vide infra pag. 95.

Imo voluntas mea non movet motorem , ut moveat membra mea ; sed qui motum dedit materiae , & leges ei dixit , is idem voluntatem meam formavit : itaque has res diversissimas ( motum materiae & arbitrium voluntatis meæ ) inter se devinxit , ut cum voluntas mea vellet , motus talis adesset , qualem vellet , & contra cum motus adesset , voluntas vellet , sine ulla alterius in alterum causalitate vel influxu : sicut duobus horologiis ritè inter se & ad solis diurnum cursum quadratis : altero quidem sonante , & horas nobis loquente , alterum iridem sonat , & totidem nobis indicat horas : idque absque ulla causalitate , quâ alterum hoc in altero causat , sed propter meram dependentiam , quâ utrumque ab eadem arte & simili industriâ constitutum est : sic V. G. motus linguæ comitatur voluntatem nostram loquendi ; & hæc voluntas illum motum : nec hæc ab illo , nec ille ab hac dependet , sed uterque ab eodem illo summo artifice , qui hæc inter se tam ineffabiliter copulavit atque devinxit.

2<sup>o</sup> *Tamen ad imperium voluntatis meæ.* ] Quid de imperio illo censendum sit , satis jam diximus in modo supra annotatis. Sed quomocunque nihil certè movetur pro arbitrio voluntatis meæ , nisi cum corpore

8. <sup>21</sup> Sum igitur nūdus speculator huius machinæ : In ea nihil ego fingo vel refingo : nec struo quidquam hīc , nec destruo ; Totum id alterius cuiusdam opus est.

9. <sup>22</sup> Sed & quo pacto , huius scenæ spectat-

pore meo certo modo colligatum fit : nam nec lapis , qui à corpore meo se junctus est , huc aut illuc movebitur , quantumcunque id velim , nec pila , nec sagitta , cum jam à manu ac arcu abivir , alio feretur , quam quo impulsæ est ; etiamsi qui excussit aut impulit & clamore , & corporis inflexione ( quod in lusoribus & frequens deridiculum est ) alio determinare eam volerit.

21 *Sum igitur nudus speculator huius machinæ.* ] Bene inculcandum est , ne assuescant homines Dei operibus se immiscere , aut aliquid horum sibi arrogare tanquam auctoribus , quorum Deus solus auctor est. Deo enim soli convenit , mundum omnesque partes mundi facere : etiamsi autem hæc , quæ scholæ arte facta esse dicunt , à nobis etiam fieri dicant ut domus , turres , statuæ , non desinunt tamen partes esse mundi , licet ars aliquid machinata sit circa ea per exemplar & voluntatem artificis : cum igitur revera partes mundi sint , non pertinent nisi ad eum , qui mundum condit ; voluntas autem & exemplar artificis , & quæcunque forte alia ab arte facta concurrere videntur , omnia sunt immanentia in ipso artifice ; nec in opus exire extra ipsum possunt , nisi Divina manu quasi educantur , quatenus sic educta , non pertinent ad artificem , sed ad Deum seu auctorem mundi.

22 *Sed & quo pacto huius scena spectator sum inquirendum est.* ] Tota praxis circa res huius mundi nobis adempta est : sola speculatio relinquitur , quæ & ipse quomo-

ciem (id est impulsum quendam) recipiant ab objectis, efficere quidem hoc potest, ut oculi reflectant eam speciem vel transmittant, intro in cerebri parte aliqua imprimendam; sed hoc nihildum ad videndum facit: quia nec speculo imaginem re-percuti, videre est, nec ceræ signum impressum esse, videre est; sed astantem hinc oculos adhibere, imaginem illam, signum illud oculis suis percipere, cognoscere, id demum videre est: Si igitur aliud non  
 confe-

sco illud, ad quid votorum passibus contenderem, esse non posse: quis adeo male sanus est, qui cum non recte calculum subduxit, ideo regulas Arithmeticas accusat, aut eas mutare admittitur, aut vult duo & tria non esse quinque? si igitur nihil valeo (uti satis superque antea cognovi, & ex facili etiamnum agnoscere possum) quid me tenet, quæ vanitas, hic aliquid contra aut velle, aut optare, siquidem id omne frustra erit? Igitur hæc *despectio* consistit in derelictione mei ipsius (quid dixi? non mei ipsius sum, nihil hic meum est: nunquam mei eram) in mei ipsius in Deum transpositione, (quid? nihil ipsi dare possum, ego & omnia sumus ipsius) in consensu & acquiescentia, quod ejus sim & non mei (id magis quadrat) in ea voluntatis inclinatione, quæ dicit quia *ita est*, ita etiam sit (hæc est revera *Despectio Sui*) jam despicio me ipsum: quid invenio? Deo me dedi: quid accipio? acquiesco, me esse ipsius, & non mei ipsius, quid ergo? loco mei ipsius, accipio legem, invenio officium: nam cum mei non sum, non licet mihi mei (meum commodum, meam voluptatem, meum solatium) quærere: & cum totus Dei sum, debeo ejus mandata exequi.

conferant (& quid conferre aliud possunt?) oculi ad videndum, oportet rursus alios me habere oculos, ut videam speciem ab oculis meis reflexam, aut cerebro meo impressam: de quibus rursus oculis eadem recurret quæstio, aut potius querela: Oculi igitur ad videndum nihil conferunt? Conferunt sanè: experimento mihi & intimâ notissimum est, oculos ad videndum facere: quid ergo? Hoc unum: non naturâ, non vi, non potestate suâ quidquam conferunt ad videndum (sicut quod Longum est, id natura, vi, ac potestate suâ hoc habet, quod secari & dividi possit in partes. Sed quod oculi hîc aliquid præstent, & aliquid ad videndum conferant, id omne non à se, non à me; sed aliunde habent.

10. His ita perpensis, perspicuè intelligo, eo mihi deveniendum esse, ut agnoscam, sicut actio mea non pertingit ad res hujus Mundi, ita nec actiones istarum rerum ad me pertinere: Alterius hîc iterum vis & industria subolet mihi, vis & industria non enarrabilis: quamvis enim planissimè intelligam, non objecta, non oculos vi suâ facere ut ego videam, Quamvis item planissimè intelligam, aliud proinde quiddam esse (quod *Numen*, quia nomen ei dari

conformatas : At nec liquores illi , <sup>26</sup> nec illæ tunicæ vident ; ego tamen video ; <sup>27</sup> ego igitur aliud longè sum ac illa : Ego, inquam, ope illorum video ; <sup>28</sup> & tamen quid

<sup>26</sup> *Nec illa tunica.* ] Adde *nec illa conformatio.* Conformatio enim illa nihil aliud est , quam certa figura , qua tunicæ & liquores inter se coherent & divinctæ sunt ; figuram autem non videre , sicut nec liquores , nec tunicas tam est manifestum , tam intimâ nobis notionè perspectum , ut clarius cogitari nihil possit.

<sup>27</sup> *Ego igitur aliud longè sum ac illa.* ] Summus fructus inspectionis sui ipsius est , se ipsum ritè à suo corpore distinguere ; cætera facile ex hoc proveniunt : omnis autem peccari , omnis impietatis & Atheismi certissima origo est notionum mentis & corporis confusio : breviter hic & quam clarissime ingeritur illa distinctio : nempe tunicæ liquores & eorum conformatio ( id est ipse oculus ) non vident ; ego vero video : non ergo ego & illa idem sumus.

<sup>28</sup> *Et tamen quid opis ad videndum conferant.* ] Non video, inquam, quid per se opis conferant, imo video clarissime, quod per se & suo nomine nihil opis conferant ad videndum : nec enim tunicæ, liquores & quævis earum figura plus ad videndum facere potest, quam trabs aut lapis, si per se loquamur ; alioqui oculos ad videndum facere certissimum est, & intimâ conscientiâ notissimum, ut infra hoc eodem numero perhibetur : conferunt ergo oculi ad videndum ex divino decreto, atque arbitrio vel beneplacito : sicut quod auro ematur, & tam multa comparari possint, quæ ad victum & voluptatem pertinent, non habet aurum hoc à se, non vi & energiâ suâ, sed quicquid valet hic hominum institutis, decretis & consuetudine valet.

quid opis ad videndum conferant, <sup>c</sup> non video, planè non intelligo: Nam quod oculi ( id est tunicæ illæ ac liquores ) speciem

<sup>e</sup> Inspectio Sui est humilitatis materia, & rudis velut ac indigesta moles; Despectio Sui ejus forma, & facies: oportet proinde hanc formam ex illa materia educere; latet in ejus gremio velut mercurius in ligno est, etiam antequam artificis manu in apicum est eductus, & in lucem eductus. Hoc est *inspicere* sive symbolum ejus, *ita est*: & hoc *despicere* sive hujus symbolum *ita sit*. Agedum molem illam inconditam formo, instrumentis meis ad hoc utor, ut materia formam accipiat, ut ex *inspectione mei* fiat *despectio*. In hoc mundo nihil quicquam valeo, *ita est*: acquiesco *ita sit*: huc veni ( debui venire ) sum hic ( debeo equidem esse ) hinc discedam ( velim nolim discedam ) *ita est*: clarissime video, *ita sit*, nec aliud volo, non sum mei ipsius, sum totius Dei, *ita est*: non possum ab ipso eripi, non ejus potestate exsolvi, *ita sit*: ibi me relinquo, volo ejus me esse: habeat me, habeat in æternum: sic volo, nec aliter volo: sed etiam si aliud vellem, non aliter esset: velim igitur aliud, certe volo frustra, & desipio, qui volens sciens laterem lavo: redi ad sanam mentem Anime mi: *mihi nihil vales, ibi nihil velis*, & in hoc uno monito vertitur totius Ethicæ cardo.

Atque hæ rationes tanti sunt, ut si ad eas satis attenderem, & jugiter mihi proponerem; non modo malum & stultum videretur, sed revera mihi foret impossibile, in adversum ire, & voluntate mea conati, & peccatum perpetrare: nam conari non possum, ubi videam clare & evidentem conatum omnem frustra esse: conari desino, non possum optare ( unde etiam est quod sapiens non perinde ac stultus tam sæpe soleat optare ) eo quidem momento cum agno-

dari non potest aliud, vocabimus) quod vi  
sua hæc præstet; modum tamen quo hæc  
præstat, nec intelligo, & intelligo intelli-  
gere me nunquam posse. <sup>29</sup> Ineptissimus  
autem essem, si, quia modus rei mihi igno-  
tus

<sup>29</sup> *Ineptissimus autem essem, si quia modus rei mihi  
ignotus est, rem ipsam inficiari vellem.* ] Ufu venit hoc  
sæpius, ut rem esse apprime sciamus; quomodo sit,  
planissime ignoremus: in eo enim consistit ratio in-  
effabilitatis: ineffabile enim id esse dicitur, non quod  
cogitare aut effari non possumus (hoc enim nihil es-  
set: nam *nihil* & *non cogitabile* idem sunt; ut scholis  
omnibus philosophorum satis etiam innotuit) sed cu-  
jus modum quo est vel fiat cogitare non possumus,  
aut ratione nostrâ complecti: Est Deus hoc pacto  
non in se tantum, sed in omnibus suis operibus in-  
effabilis: veluti ego homo opus ejus sum, scio opus  
illud esse, imo nihil tam scio, quam illud opus esse,  
& modum tamen, quo is me hominem fecerit, me  
cum corpore hoc colligaverit, ut & in illud agam, &  
ab illo patiar, eo modo, quo id jam paulo supra de-  
claratum est, non intelligo, sed tantum intelligo,  
me eum intelligere nunquam posse. Sic etiam Deus  
in condendo mundo ineffabilis est, ut in *Metaphysicâ*  
demonstramus, motum enim esse in materiâ (motu  
autem mundus constituitur) intelligimus plane, &  
conscii nobis quasi hujus rei sumus, sed quomodo  
motum indiderit non potest ab humano intellectu ca-  
pi: idem est de reliquis Dei operibus, cum enim ad  
ultimum pervestigantur, semper ineffabile aliquid  
definitur. Ineptissimum ergo est, ut hic in textu bene-  
dicitur, rem negare, quia modum rei non capias: &  
perfringuntur hic Sceptici illi & enormiter ac stulti  
dubitabundi, qui vel motum non esse, vel forte etiam  
se

tus est, 3<sup>o</sup> rem ipsam inficiari vellem, quæ hac inquisitione mihi reddita est notissima perspectissimaque: & similiter facerem, ac si quis negaret ferrum ad magnetem ire, quia modum non intelligit quo it: aut ego ipse videre me negarem, quia (ut jam vidi) nescio quomodo videam.

II. 3<sup>1</sup> Jam itaque novi conditionem meam;

se à corpore suo non affici, quia modum quo & ille fit, & illi afficiantur, ignorant, confirmant: quales olim plures & hodie etiam non pauci reperiuntur qui omnes impii & re ipsâ tollunt primum maximumque Divinitatis apud homines attributum, nempe ineffabilitatem, dum scilicet nihil admittendum sibi putant, nisi quod effari & disertè, non quoad substantiam tantum, sed & etiam quoad modum cogitare possunt; latius de his Tract. 2. ubi de Pietate & Relligione.

3<sup>o</sup> *Rem ipsam inficiari vellem* ] Scilicet me esse hominem, me sic agere in corpus hoc & vicissim sic pati. Hoc inquam inficiari non debeo, etiamsi modum non intelligam, quo hæc sint; etiamsi inquam non intelligam modum, quo Deus actionem meam extra me diffundat in corpus, & actionem, seu potius motum corporis extra corpus effundat & in me transfundat: scio hæc esse (vidimus in precedentibus disertissime) quomodo fiant non intelligo, superant hoc captum cujuscunque entis creati: solus ille intelligit, qui fecit.

3<sup>1</sup> *Jam itaque novi conditionem meam.* ] Hic incipit tertia pars inspectionis seu, quæ continet adventum nostrum in conditionem humanam, quam solemus



meam : Nudus sum hujusce Mundi contemplator : spectator sum in hac scena, non actor ; & tamen Mundus quem spectro , speciem suam , qua spectetur à me , ingerere mihi non potest : <sup>32</sup> appellit eam ad corpus meum atque ibi destituit ; quod ulterius eam in me ipsum & mentem meam subvehit, Numen est.

12. Novi conditionem meam ; inquirendum restat , quomodo ad illam devenerim. Hæreo , nescio : nec habeo quod dicam aliud nisi , nescio : Nescio modum , quo sum in hac conditione ( quam mihi confessionem veritas jam proximè instituta

mus vocare nativitatem nostram, id est, primum punctum adventus nostri in hunc mundum, primum punctum unionis nostri cum corpore, unde factum ut postea isto corpore usi fuerimus, tum agendo in illud, tum patiendo ab illo. Proprie tamen incipit hæc tertia pars cum Num. 12. Hoc Num. autem brevis instituitur recapitulatio duarum primarum partium inspectionis nostrum, seu actionis in corpus & passionis à corpore.

<sup>32</sup> *Appellit eam ad corpus meum, atque ibi destituit.* ] Nimirum species illa, ut est in ipsis rebus corporeis, non potest esse nisi impulsus (ut in Physicâ magisque in Metaphysicâ demonstramus) in re enim corporea nihil esse, cogitarive potest præter extensionem & motum : impulsus ergo ille tantum afficit corpus in me, qui mens sum, ille non quadrat, nihil sibi juris aut loci vindicat (quæ latius vide in primâ parte Metaphysicæ nostræ seu Autologiâ, quæ magnam cum hac materiâ affinitatem habet.

tæ disquisitionis extorsit) <sup>33</sup> tantum abest ut sciam, quomodo ad illam conditionem devenerim: Illud probè novi, <sup>34</sup> nullum me interposuisse iudicium voluntatis meæ, non huc arbitrio meo me venisse: nec enim interrogavit aliquando me, qui me tam mirabiliter posuit hîc, num hîc esse mihi luberet: ignarum me Deus huc exegit, nedum voluntarium.

13. <sup>35</sup> Et

<sup>33</sup> *Tantum abest, ut sciam.*] Quod præsens est in hoc modo conditionis meæ, hoc nescio, multo ergo magis nescio, quod præteritum est: nam in paritate rationis, præsentia nobis clarissima sunt, præterita obscuriora (nam licet forte aliquando notissima fuerint, oblivioni tamen sunt obnoxia) futura obscurissima: hi sunt gradus, hic est modus humani intellectus, quos omnes in nobis ipsâ conscientia testante deprehendimus. Cum ergo nesciamus modum, quo jam nunc conditioni humanæ subijcitur, multo minus præteritum illud scimus, quomodo ei primum subiecti fuerimus.

<sup>34</sup> *Nullum me interposuisse iudicium voluntatis meæ.*] Dices: Interposui fortasse iudicium voluntatis meæ, & huc veni cum esse mihi lubebat; sed oblitus sum, non recordor amplius hoc aliquando me conscio & volente factum: sicut plurimarum similitudinum rerum, quas olim sciens & volens feci, oblitus sum: Et hæc videtur esse imaginatio veterum, qui de flumine Lethe tam multa nobis fabulati sunt, & imprimis, quod qui ex eo bibissent nascituri, omnium retro ante nativitatem actorum statim obliviscerentur; jubebantur autem omnes ex illo bibere, quibus reditus in mundum & in nostras hæc auræ dabatur.

Respon-

13. 35 Et sicut delatus sum huc, ita & hinc

Respondeo : Apage fabulas istas & doctorum sæpe hominum suspiciones, nimis pueriliter, ut levissimè dicam ex illis enatas. Hoc imprimis certum est, non posse me exsolvere me ab humanâ conditione merè pro arbitrio voluntatis meæ : *Nec enim discedam à corpore meo, merè si ab illo discedere voluero, intimè mihi conscius sum, me id non posse.* Lege hæc, & quæ eam in rem sequuntur paucula §. 5. N. 2. hujus libelli, undè sicuti voluntate meâ exsolvere me non possum ab hoc corpore, sic nec voluntate meâ implicare me potui huic conditioni ; sed forte tibi superest & replicabis : fortè voluntate meâ veni ad conditionem hanc, volens huc delatus sum ; sed volens nolens manere debeo, & expedire merâ meâ voluntate me non possum : sicut pisces in excipulum volentes quidem intrant ; ubi intrarunt, redire omnino nequeunt. Respondeo : Non eam sentio difficultatem, cum meâ voluntate exsolvere ab hoc corpore non possum quasi via interclusa sit, aut ego vinculis aliquibus ac compedibus alligatus detinear : sed contra sentio quam clarissimè omnibus apertis ac solutis, exitum quem affectabam non suppetere, & me vi aliqua superiori, firmissime in hoc corpore, velim nolim ego, detineri : eadem ergo vis, quæ jam me detinet, olim etiam huc derulit.

35 *Et sicut delatus sum hic.* ] Incipit quarta pars inspectionis nostrum, quæ versatur circa mortem ; seu exitum nostrum ex humanâ conditione : ita quatuor partibus absolvitur hæc nostrum inspectio : duas habet ipsa nostra conditio secundum se, scil. actionem & passionem, duas reliquas vindicant sibi nativitas & mors, seu introitus in humanam conditionem & exitus.

hinc auferri me posse video jam aut alias,  
<sup>36</sup> imo jam jam : auferri <sup>37</sup> ignarum rursus,  
 nec voluntarium ; sed insuper (quod turpe est) invitum : Nescio enim qua mea ver-

<sup>36</sup> Imo jam jam.] Nullius rei nobis magis conscius sumus, quam, etiamsi hinc exire pro arbitratu nostro non possimus (ut paulo ante notabamus) posse tamen nos hinc auferri, etiam nunc, & hoc ipso instanti, quod hæc talia dicimus, vel audimus ; conscientiam tamen illam plerumque obruere conamur sensibilem & externarum rerum spectaculis : Et mirum est, homines ita quocumque modo non tantum mortem, sed etiam conscientiam differre & quasi fugere ac evitare velle : qui instinctus tam importunus graphicè hic depingitur, *auferri me posse video jam aut alias*. Cur enim homines ita amant loqui ? Cur disjunctionem illam inutilem *jam aut alias* comminiscuntur ? Certe nihil aliud hæc innunt, quam differre eos mortem velle non solum in re (quod non tantopere miraremur) sed etiam in ipsa cogitatione : nunquid enim satis erat hoc : *Video auferri me posse jam* ? Cur adjicitur frivolum illud verbum aut effeminatum *aut alias* ? Merito igitur deletur illud verbum & exploditur hac subsequente emphasi, *imo jam jam*.

<sup>37</sup> Ignarum.] Non rei sed modi, non enim sum ignarus conditionis humanæ (utpote quam in me ipso experiar quam evidentissime, cum homo sum) sed modi quo sum in hac conditione profundissime ignarus sum : sic nec mortis ignarus sum, & multo minus ignarus ero cum moriar ; sed inodi, quo solvar à corpore meo, tam sum ignarus, quam modi, quo jungar cum corpore meo.

vernilitate, <sup>38</sup> malo iis quæ jussit Herus, quam jussis ejus adhærere: is, cum emisit huc, <sup>39</sup> simul jussit hîc manere, donec

<sup>38</sup> *Malo iis, quæ jussit Herus.*] Sicut nimirum turpes vernæ & servi, qui pensum ab hero demandatum magis curant, quam ipsum heri mandatum: unde si ab hero interpellentur, & agere aliquid aliud jussi, obmurmurant, ægrè ferunt, & vel invito hero, si possunt, pergunt in eo, quod primum ipsis injunctum erat: ostendentes hoc ipso se heri mandato non magnopere moveri: si enim hoc movisset ad incipiendum & pergendum, debebat etiam movere ad desistendum, cum herus interpellat & aliud jubet: dicuntur ergo hi socordiâ aliquâ, pertinaciâque agendi, & instinctu Diabolico ad persistendum in eo, quod semel captum est (hic enim est Diaboli instinctus, ut Tract. 4. §. de Diabolo satis clare demonstrabimus) sunt igitur turpes hi vernæ & servi heris suis merito detestabiles & exosi, utpote à quibus se satis directè contemni vident. Sed hæc sibi quisque applicet, dum Deo jubente, & per morbos ac imbecillitatem corporis monente ut à corpore discedatur, reluctamur & obedire renuimus, malumque pertinaciter pergere in eo penso, quod semel nobis imposuit, quam & interpellanti, aliudque jam jubenti auscultare: tradentes nos tali pacto Diabolo & à Deo quam fieri potest, nos longissimè removentes

<sup>39</sup> *Simul jussit*] Nimirum ipsum ponere, est dicere (sicut per rationem aliter Deus dicere non potest:) *Mane donec quid aliud jubeam*: ut si herus jubeat servum ad fores observare, servus non absolvitur ab hoc officio, donec revocetur ab hero: sic & nos hoc ipso, quo positi hic sumus, jussi sumus & hic manere, donec qui nos hic posuerat, revocet, & ab officio illo absolvat.

donec revocaret ; 4<sup>o</sup> ego labes malo manere, quam cum revocat, redire : Aut hoc verius erit : 4<sup>1</sup> malè mihi conscius sum : nam qui scire & animo penitus infixum habere debueram, nihil hîc posse me, ita me gessi, ac si omnia possem : quantum in me fuit, ima summis paria feci, 4<sup>2</sup> turbavi, miscui ; Sed cum equidem 4<sup>3</sup> in res extra me positas nihil possem committere, totum id turpitudinis & turba-

4<sup>o</sup> *Ego labes.*] Cum execratione aliqua hoc dicitur ; Et mereor cum talem in me turpissimam vernilitatem deprehendam, qualem jam paulo ante annotavimus ad ista verba : *Malo iis, quæ jussit* : hic ergo ex inspectione nostrum discimus, nos etiam esse sub peccato, imo sub Diabolo : hic enim est instigator ille, qui hoc nobis jugiter inculcat, *Perge quia cepisti* (hoc enim Diaboli symbolum esse videbimus tract. 4.) cum non pergendum sit quia inceperis, sed quia ratio id jubet ; quæ quandoque desistendum esse, tum vel maximè, cum etiam quam optime inceperas : sed hæc & id genus alia uberius dicentur Tract. 4.

4<sup>1</sup> *Malè mihi conscius sum.*] Vel ex eo ipso, quod & turpem illam in me deprehendam vernilitatem, de qua jam aliquid annotavimus.

4<sup>2</sup> *Turbavi, miscui*] Hanc humani animi perversitatem, omnia miscentem & turbantem, & Deum ipsum etiam sibi subjicientem, si id impetrare posset, vide aliquatenus descriptam pag. 145. hujus libelli.

4<sup>3</sup> *In res extra me positas.*] Cum motus nobis ademptus est, omnis nobis in res externas actio adempta est ; igitur in res extra nos positas, nihil committere possumus, quicquid ergo turbemus, turbæ illæ in nobis manent, nos solos turbant & deturpant.

turbarum in me admisi : <sup>44</sup> Timeo itaque redire servus nequam , imò detrecto si possim : & vel sic scelus sceleribus addo.

14. Hæc summa est eorum , quæ ex ista <sup>45</sup> mei ipsius inspectione didici : quæ

H

&amp; ita

<sup>44</sup> *Timeo itaque redire.* ] Naturali quasi instinctu peracto toto humanæ conditionis officio , antequam ad aliud aliquod officium à Deo applicandi sumus , novimus rationem nobis esse reddendam eorum , quæ in hoc officio gesta sunt : non immerito igitur timeamus , dum de reditu per morbos & instantem mortem admonemur , ut qui videamus rationem gestorum nostrorum tam malè constare : merito inquam timemus & percellimur ; sed turpissimum est & scelestissimum , nos timoris nostri majorem ducere rationem , quam Dei , redire jubentis , quam mandati & legis ejus ; itaque quod obligatione primâ insinuatur ne quidem conscientia rei hic malè gesta à revertendo deterteri jubemur , cum Deus nos reverti jubet : potior enim debet nobis esse lex Dei , quam salus nostra : alioquin enim nos ipsos Deo præferimus , in quo tandem consummatur philautia & quodcunque peccatum.

<sup>45</sup> *Mei ipsius.* ] Ut hominis : nec enim me ipsam aliter hic inipexi , quam ut hominem , seu mentem incorporatam , agentem in corpus , & vicissim à corpore patientem : *agentem* , inquam , ut explicui , ne cui hoc sit fraudi . Inspectio verò mei ipsius ut mens quædam sum à corpore independens , non est hujus loci ; sed magis ad Metaphysicam pertinet : ubi inspectionem illam in prima ejus parte , quam Autologiam vocavimus , discussimus ; hic inspicimus nos ipsos in ordine ad mores & præcepta humanæ conditionis , quibus virtutes nostræ abundè continentur , vitia vero abarcentur.

& ita perspicuè didici, ut ad eam, quam apud me omnesque ea mecum mature perpendentes, certitudinem & evidentiam habent, <sup>46</sup> Mathematicorum Apodixes aspirare non valeant: 1. In hoc Mundo me extra me, nihil agere posse: 2. Omnem Actionem meam, quatenus mea est, intra me manere: 3. Eam vi Divinâ aliquando extra me diffundi: 4. Eatenus verò non esse meam Actionem, sed Dei: 5. Diffundi autem, cum Deo videtur, & quantum Deo videtur, secundum leges ab ipso liberrimè constitutas,

<sup>46</sup> *Mathematicorum Apodixes.* ] Hanc habent Mathematicorum demonstrationes prerogativam, quod versentur circa res imaginationi & sensibus subiectas, præsertim circa figuras: hinc intellectus humanus, qui sensibus admodum adstrictus est, melius percipit; facilius adhæret & vacat Mathematicis demonstrationibus. Sed posthabitâ hâc prerogativâ, quæ apud intellectum ritè dispositum nullius equidem debet esse momenti; certissimum evadit, hæc, quas inter inspiciendum nos ipsos invenimus demonstrationes Mathematicis longe potiores esse: versantur enim hæc circa res ex naturâ suâ notissimas nobis, id est, circa nos ipsos, nostrasque cogitationes, quæ per se necessariò clarissimæ sunt nobis, & tantum per accidens præjudiciis quibusdam nostris obscurantur: quæ caligo facilè depellitur seriâ, acri, & frequentâ sui ipsius inspectione & soliloquio.



tatas, <sup>47</sup> & ab arbitrio ejus penitus dependentes: Ita ut ejusdem prorsus momenti sit, idem in re ipsa miraculum: ex imperio voluntatis meae linguam in ore meo tremere, cum terram dico, & ex eodem imperio <sup>48</sup> terram ipsam tremere; interest tantum, illud ad tempus aliquod fieri Deo placuisse;

H 2

non

<sup>47</sup> Et ab arbitrio ejus penitus dependentes.] Diffusio enim illa actionis meae in res corporeas, quo ad initium, medium atque terminum, penitus est res naturaliter indeterminata, vaga & contingens, quae in utramque partem accidere potest (nam & potest extra me diffundi actio, & potest non diffundi, ut praecedentibus numeris satis demonstratum est, & potest huc usque diffundi, & potest ultra, & potest citra) tales autem res antequam expedientur, & in rerum naturam collocentur, requirunt arbitrium, quo determinantur, quoque potius sint, quam non sint, potiusque citra, quam ultra &c. Igitur omnes tales res necessario dependent ab arbitrio Dei.

<sup>48</sup> Terram ipsam tremere.] Nimirum terra ipsa ejusque motus non habent minorem connexionem aut dependentiam ab imperio voluntatis meae, quam lingua corporis mei ejusque motus: quod ergo lingua mea me volente moveatur, terra non item, ad me non pertinet, sed alio referendum est: ad eum nempe, qui utrumque illud horologium, & voluntatis meae & mundi confecit, qui proinde voluit, atque sic ordinavit & constituit, ut horologio voluntatis meae sonante, sonaret etiam horologium linguae meae, non vero etiam horologium terrae. Vide quae supra in hac horologii similitudinem plenius annotavimus.

non hoc : 6. <sup>49</sup> Tantummodo spectare me hunc Mundum : 7. <sup>50</sup> Ipsum tamen Mundum non posse se mihi spectandum exhibere : 8. Solum Deum mihi exhibere illud spectaculum : 9. Idque modo ineffabili, incomprehensibili: *Quapropter inter stupenda Dei miracula, quorum me in hoc Mundo spectaculo dignatur, <sup>51</sup> ego ipse spectator, maximum eius sum & iuge miraculum:*

<sup>49</sup> *Tantummodo spectare me hunc Mundum.* ] Hactenus tantum prima pars inspectionis recapitulata fuit, quæ scilicet continet actionem, quæ ago in corpore: Et hæc quidem pars, dum ritè Philosophamur, tota nobis detracta est, & Deo reddita, cui debetur; tantum quoad hanc partem nobis reservatum est *velle*; velle vero nostrum non pertingit ad corpus: Sequitur jam altera pars, quæ passionem continet.

<sup>50</sup> *Ipsum tamen Mundum non posse se mihi spectandum exhibere.* ] Mundus ipse de se est invisibilis; nihil enim præter motum appellit ad corpus meum; motus vero corporum inter se (esto inter ea & meum sit) nullam de se & ex propria sua vi proportionem habet, ut in me, qui mens sum cogitationem aut aliquid quem modum cogitandi suscitet: Plura hujus argumenti vide in Autologia nostra Metaphysica.

<sup>51</sup> *Ego ipse spectator.* ] Turpes sunt Ethnicæ illi Philosophi & Scholæ iis passim obsecutæ, qui hominem in censum rerum naturalium ubique redigunt, & socium eum ovium & boum faciunt: cum clarissimum jam nobis factum sit ex præcedenti inspectione, hominem minime pertinere ad ordinem naturalem, ad mundum hunc, partesque hujus mundi, sed conditionem ejus prorsus ad ordinem miraculi referendam esse.

culum: 10. <sup>52</sup> Posse me ab illo spectaculo avelli, posse me ex hoc Mundo eripi, & quidem jam jam: *Esse autem me in hoc Mundo non est aliud, quam me spectare hunc Mundum (quod meum quidem est; sed à Deo) & quasdam ejus partes, seu quaedam in eo corpora movere* (<sup>53</sup> quod solius Dei est, & mihi tantum attribuitur ac imputatur, quia fit ad voluntatem meam:). 11. Illam mei, è Mundo ereptionem, quæ Mors vocatur, me timere: 12. Tum quia assuevi rebus corporeis, & difficile est avelli: tum quia sum mihi malè conscius: scio quæ reddenda est, non bene mihi constare rationem.

H 3

Argu-

<sup>52</sup> *Posse me ab illo spectaculo avelli.*] Adde vel præmitte potius: *venisse me ad illud spectaculum inscium, ignarum, involuntarium*, ne scilicet tertia pars inspectionis (quæ nativitatem meam complectitur) omiſsa videatur. Incipit autem in hoc decimo articulo quarta pars conditionis humanæ, nempe mors, sive exitus ex istâ conditione.

<sup>53</sup> *Quod solius Dei est.*] Conditio humana, ut sæpe diximus, duas habet partes, actionem & passionem. Actio incipit à nobis, estque originaliter in nobis, imo & nostra; sed desinit in corpore, & finaliter est extra nos, & minime nostra, sed Dei: Passio vero nostra (utpote actio aliarum rerum in nos) incipit à rebus extra nos positis, & originaliter non est nostra; sed desinit in nobis, estque finaliter in nobis & nostra.

## Argumentum.

## §. 2. De Inspectione Sui.

**H**umana conditio quatuor habet velut partes: primo actionem, quâ movemur nostrum, & mediante nostro, quâdam alia corpora: secundo passionem, quâ recipimus speciem à partibus hujus mundi, dum eas visu, auditu aliisque sensibus usurpamus: tertia velut pars est nativitas nostra, seu primus adventus in hunc statum & hanc conditionem: quarta pars est mors, seu exitus noster ex hac conditione.

Hoc autem inspiciendo nos discimus, quoad totam conditionem humanam nihil posse nos, nihil valere nos, nihil nobis in illam juris esse; totam illam pertinere ad alterius alicujus potestatem.

Nam quantum ad primam partem, nec nostrum, nec aliud quodcumque hujus mundi corpus efficere valemus: sola hoc conscientiam notissimum est, & nemo sanus est, qui neget. Hæc Num. 2. & 3.

Nec movemur etiam corpus nostrum nescimus enim quomodo moveatur, nec

si scilicet

si scimus, ea scientia quicquam ad movendum facit. Hæc N. 4.

Multo minus movemus alia corpora. Hæc N. 5.

Ex quo sequitur, quod nihil extra nos faciamus: per motum enim fieri deberet, si quid extra nos faceremus. Hæc N. 6.

Sequitur nihilominus subinde motus, aut conjungitur cum imperio voluntatis nostræ; sed alio aliquo conjunctionem illam procurante, atque etiam limitante. Hæc N. 7.

Quantum ad secundam partem, res extra me positæ non possunt speciem suam mihi imprimere, ego etiam per me ipse non possum speciem illam arripere: nam res illæ ad summum pulsant vel afficiunt corpus meum, hoc vero quantum est de se, nihil facit ad percipiendum eas. Hæc Num. 8. & 9.

Unde etiam aliquis alius debet esse, qui speciem mundi mihi immittat, sicut actionem meam is idem in particulas hujus mundi emittit: utramque ineffabili modo, & quem si capere volo, frustra sum. Hæc Num. 10. & 11.

Quantum ad tertiam partem. Ignarus sum, quomodo huc venerim, tantum abest, ut vi meâ venerim. Hæc Num. 12.

Quantum ad quartam partem. Similiter involuntarius, sed insuper invitus sum ubi turpitudinem agnosco meam, atque stultitiam, qui quod subire debeo, invito subeo, & valere aliquid volo, ubi valere me nihil scio. Hæc N. 13.

Brevis horum recapitulatio in duodecim articulos digesta proponitur N. 14.

§. 3. Sui Despectio.

**A**ltera pars Humilitatis est sui Despectio: Hæc est Humilitatis complementum; cum inspectio rudimentum

I. Ad §. hujus titulum *Sui Despectio*. Videmus præcedenti §. nos, quantum ad humanam conditionem attinet, nihil valere: nihil, inquam, valere nos videmus, quia clarissime vidimus, nos modum istius conditionis omniumque partium ejus penitus ignorare. Hinc jam emergit Ethices axioma (nam quæ præcedenti §. continentur, omnia spectant ad Physicam vel Metaphysicam, Theoretica sunt, & non practica; tantum accommodatè ad Ethicam diducta sunt) *Ubi nihil vales, nihil etiam velis.* (Nota hoc axioma continere utramque partem humilitatis, inspectionem inquam & despectionem: *Ubi nihil vales*, hic) sonat inspectio sui ipsius (hoc enim inspiciendo nos ipsos, præclarissime discimus nos quoad totam humanam nostram conditionem, singulasque ejus partes, nihil prorsus valere, seu nihil quoad ista nos posse, ut vel ita sint, vel aliter sint, vel etiam non)

tantum aliquod & initium contineat ;  
 \* Hæc tamen Forma educenda nobis est  
 ex ista Materia : latet in ejus gremio.  
 Consistit ea Despectio in mei ipsius dere-  
 lictione qua ego Deo, cujus, ut vidi, totus  
 sum (totus huc veniendo, totus hinc agen-  
 do, totus hinc abeundo) totum me relin-  
 quam, transcribam, dedam : nullam mei  
 ratione ducar, omnem mei à me curam  
 studiumque deponam ; Et qui nihil in rem  
 ullam juris habeo, ne in me ipsum quidem,  
 nihil etiam istius juris affectem ; non quod  
 mihi lubet, sed quod Deus jubet curem :

Hic non

non sint.) *Ibi nihil velis* ( hic sonat altera pars hu-  
 militatis, scil. despectio sui, seu derelictio sui quo-  
 ad totam humanam conditionem, & resignatio in  
 ejus manum & potestatem, in qua equidem veli-  
 mus, nolimus est.) seu, ( quod idem in re est, )  
*nihil gratis, nihil frustra faciendum est* : quo princi-  
 pio nihil clarius in rebus practicis fingi potest : cui  
 qui reluctari vellet, non posset non esse stultissimus :  
 & solemus passim homines eos vocare stultos, quos  
 videmus facere vel attentare aliquid, in quo nullo  
 negotio prospicere poterant se frustra fore. Nihil igitur  
 velle quod ad conditionem nostram pertinet, eam  
 totam relinquere ei, in cujus potestate est, hoc vero  
 est se ipsum despiciere, hoc est virtutem in humilitatis  
 inconcusso fundamento adificare. Magnopere hic  
 & in precedenti s. lege ea, quæ ex Belgicâ sunt ver-  
 sione, & præcipue marginalibus notis huc translata  
 ad litteram, b.

\* Qui humilis est nihil quicquam propter suam fe-  
 licitatem agit.

non de mea felicitate, beatitudine, solatio; sed de mea obligatione laborem.

§. 4. Prima Obligatio.

Procedens igitur juxta illud propositum, tam evidenter ex mei ipsius inspectione deductum, tam probum, tam legitimè fundatum: video primùm hanc esse meam obligationem: Cum me Deus evocat è vivis & redire jubet, non longè recusare; sed præsto esse, & advolare promptum ac alacrem: non moras necesse (nam qui tardè fecit, diu noluit)<sup>1</sup> & ne quidem conscientia rei hinc malè gesta, à revertendo deterreri (nam servus, quem delicti sui conscientia remoratur: & hero

vocatur

<sup>1</sup> *Video primùm.*] Prima Obligatio & prima despectio nostrum quadrat in ultimam inspectionem nostrum: ita ut ibi despectio incipiat, ubi inspectio desinit: ultima enim inspectionis pars circa mortem nostram versabatur; circa eandem versatur prima pars despectionis: merito etiam hoc primum despiciendum proponitur, quod maximè arduum est: nam quoad reliquas partes humanæ conditionis, ignari tantum & involuntarii sumus, quoad hanc partem insuper etiam inviti plerumque sumus.

<sup>2</sup> *Et ne quidem conscientia rei hic malè gesta à revertendo deterreri.*] Prætextus admodum usitatus, quem vulgo obtendunt sceleri & inobedientiæ suæ; *Mori quidem non recusarem, si cum conscientia mea bene agerem;*

reverti;



vocanti, protinus non adest, iterum delinquit) Quid quod ea tergiversatio ex diametro adversatur derelictioni, qua me ipsum ex lege Humilitatis, quam nunc lumine naturæ tam claram mihi & indubitata feci, deserere, abjicere & ejurare teneor? Quomodo enim me desero, & Deo totum me transcribo, qui adhuc

H 6 meam

retur: quo prætextu videntur aliquatenus adhuc de obligationibus suis laborare, sed re bene inspectâ, merus prætextus est, & sub prætextu scelus animi Divinæ legi reluctantis. Certè hoc neminem remorari debet: si enim servus deliquerit in herum suum, herus autem vocet servum ad se, servus nullâ interpositâ mora adsit promptus atque alacer, eos etiam, qui heri justas iras inter eundem objiciebant, repellat, regeratque illis, herum vocare, hoc esse satis, ejus imperio se parere velle, etiamsi, ut meretur, vapulaturus esset. Enimvero si herus servum ita affectum inter veniendum per fenestram forte viderit, quid ni & remittat servo delictum, & recipiat in gratiam? Quod si herus homo, dummodo generosus & cordatus rebus ita se dantibus, ita etiam affectus esse solet, quid existimabimus de hero Deo? Qui solus propriè & verè Herus noster est: deliquimus in legem ejus graviter & multis modis: vocat jam nos ad se, & jubet è corpore reverti, jubet mori: non remoretur nos conscientia scelerum nostrorum, tanto promptius veniamus, & legi ejus pareamus, quanto antehac minus paruimus, nam si minus antehac legi ejus paruerimus, jam certe parendum est: post hæc enim non dabitur ulterius parendi occasio, in simili scilicet conditione, id est, humanâ.

meam vicem unicè sollicitus sum ? <sup>3</sup> & obedire renuo, ne vapulem, qui tam merito vapularem.

2. Et verum quidem est, tergiversationem meam <sup>4</sup> inanem esse, nullam Dei imperio remoram injicere posse: Cum enim evocabit me Deus, veniendum erit: cum evocabit me, velim nolim, adero; Sed tantum ineptus ego & vanus, quem in re tam seria nugari juvat, & operam perdere reluctando. Itaque resipisco jam, & hoc

<sup>3</sup> *Et obedire renuo, ne vapulem.*] Nulla mora est in viro bono, cum à Deo suo revocatur, nihil suà interesse putat, vapulaturus sit: nec ne, novit id ad se non pertinere, sed ad heram suam, & in quo nihil valet, nihil etiam vult: punire enim & premiare Dei est, non nostrum; nostrum est, ut ut fecerit, & qui bonique facere: si secus fecerimus, excidimus manifestè à secunda parte Humilitatis ad curam nostram, ad philautiam delapsi sumus.

<sup>4</sup> *Inanem esse.*] Magnum scelus est in hac tergiversatione, & haud scio an non sui ipsius interemptione majus: uter enim servorum gravius deliquit, qui venit non vocatus, an qui vocatus non venit? Gravius forte hunc peccasse dicas, & ut apparet non immerito. Et alterum quidem illud scelus jure execrantur Christiani, eorumque magistratus publicà infamiam afficiunt eorum cadavera, qui seipfos interemerunt; hoc vero scelus tergiversationis in morte, & cupiditatem longioris vitæ, non videntur satis ponderare. Commune quidem est, & inviti plerumque morimur; sed non ideo minus scelus est: nam multitudo peccantium non elevat peccata, sed si quid hic valeat, potius aggravat.

& hoc stat: *Cum Deus me hinc accerserit, nil me retardabit: statim veniam, omni animo veniam, veniam lubens volens: advolabo; Ala tamen mihi non erunt, quæ tam multos in serabidos & violentos sustulerunt, vitæ tædia vel sortis humanæ calamitates; Veniam modo, quia Deus vocabit: satis erit, eum vocare: hoc me omnibus remis & velis potentius urgebit.* <sup>6</sup> *Diræ me formidines incestent? torquebunt cruciatibus? exercebunt agones? Patiar: nihil quantum hominis factum est, hic agam, nihil, inquam, propter hæc agam, aut agere recusabo: Totum me Deo reddam, cui me totum debeo: De me consulat ille, ut videbitur: Optimum factum erit, quidquid ille faciet.*

Argu-

<sup>5</sup> *Ala tamen mihi non erunt:]* Propositum hic intellige, non jactantiam: firmiter propono & penitus in animum meum induco propter vitæ tædium & sortis humanæ calamitates animam non abjicere, sed quid revera facturus aut non facturus sim, Deus novit.

<sup>6</sup> *Diræ me formidines incestent?]* Innuitur hic ad parendum huic Obligationi sufficere animi sententiam, firmum atque tenax propositum veniendi cum Deus vocat, non requiri vero lubentiam illam & facilitatem, quam sentire solemus, dum passiones nostræ cum animi sententiâ conspirant, atque in idem propendent, ad quod animi proposito certum est ire: reluctantur enim hic plerumque passiones: nec illa lucta quicquam officit animi sententiæ, si hæc satis firmum habeat, Deo, ut ut difficile & calamitosum videbatur obedire.

## Argumentum.

## §. 4. De Prima Obligatione.

**U**bi nihil valeo, ibi nihil volo: axioma complectitur utramque partem Humilitatis: *nihil valeo* denotat inspectionem sui, *nihil volo* denotat despectionem sui: Atque nihil valeo quoad mortem, seu quoad exitum ex hoc mundo: non possum illum differre aut procrastinare (nihil mihi conscientiam istam evidentius est, nihil aliorum quotidie morientium experientiam certius) igitur nihil hic volo: non possum mortem differre: ne quidem propter conscientiam peccatorum meorum; hoc enim non esset aliud, quam peccatis istis, peccatum hoc (quod in neglectu hujus Obligationis versatur) adjicere.

## §. 5. Secunda Obligatio.

**A**ltera mea Obligatio est: Non abire non evocatum, injussu summi illius Imperatoris de praesidio & statione vitae non discedere. <sup>1</sup> Clare sequitur haec mea, sicut

<sup>1</sup> Clare sequitur haec mea, sicut & praecedens Obligatio ex derelictione mei.] Ita quidem imo & clarissime sequi-

sicut & præcedens Obligatio, ex Derelictione mei, qua me ipsum derelinquere teneor, etiam quoad exitum meum ex hoc Mundo: Illum enim utpote totum Divini juris, totum Deo submittere debeo: aliquid mihi juris in eum vindicare nefas est. Quod si tamen hinc mihi quicquam arrogare volo: & malus quidem sum atque impius, qui mihi id sumo, quod meum non est, sed Dei: & frustra sum, qui id attento quod consequi non possum: deridicu-

sequitur: nam & hic nihil possum, nihil valeo; proinde, si ubi nihil valeo, nihil etiam (ut decet) velim, necessum ut circa mortem meam nihil attentem, mihi ipsi violentas manus non adferam, adhibeam. Sed homines non perinde vident sequelam hujus Obligationis sicut contra facile vident sequelam præcedentis Obligationis: Etiam si enim satis intelligant, se non posse mortem differre, non perinde tamen vident, se non posse mortem prævenire: cujus inadvertentiæ causa est, quod persuasum habeant, se posse corpora quædam movere, hinc enim existimant, posse se mortem manu facere, adeoque posse se citius mori, si modo velint, quam alioqui morituri fuissent; sed clarissimum est ex inspectione humanæ conditionis, homines non movere, non posse movere aut sua, aut alia aliqua corpora: Et per consequens quam impossibile nobis est vitam prorogare, mortem differre, tam impossibile etiam nobis est, vitam abrumpere & mortem anticipare.

2 *Deridiculus pumilio.*] Ego pumilio & omni pumillione imbecillior: Deus Hercules est: clavam aut potius claves vitæ & necis portat: clavem vitæ ei ego  
de

ridiculus pumilio, qui clavam isti Herculi de manibus extorquere conor: Sicut enim necessario veniendum est, cum Deus evocat, ita cum non evocat, necessario manendum est: nemo illi intercedit, nemose voluntati ejus interponit, omnino rem illam integram sibi reservavit.

2. Etiam si autem stultam quadam & puerili persuasionem inductus existimare solem, posse me mori cum vellem; tamen hoc non ita est, & falsum fuisse me, ex mei ipsius inspectione clarissime edo-

ctus  
de manibus extorquere conor, cum diutius vivere volo moribundus, & contra primam meam Obligationem pecco: clavam necis ei de manibus extorquere conor, cum mortem pravenire volo desperabundus, & contra hanc meam secundam Obligationem pecco utrobique stultus ac deridiculus: utrobique aliquid volens & nihil valens, vitam prorogare non possum, nihil hic valeo: hoc non satis capiebam, quando me movere me putabam: putabam enim posse me pugionem arripere, posse me mihi pectus transfodere, sed falsum esse me tunc intellexi clarissime, cum me inspexi candidè: cum igitur movere me non possum, restat ut solam voluntate me interimam, si interimere me ullo pacto possum, at solam voluntate non posse me ab hoc copore discedere, tam est mihi conscientiam notum, ut clarius nihil dici mihi aut fingi possit.

3. *Stultam quadam & puerili persuasionem.* ] Nequam persuasio & omnis ferè nequitiam in hac vita seminarium: jam enim non intelligunt homines vitam pertinere

ctus sum : <sup>4</sup> Imprimis enim non discedam  
à corpore meo, merè si ab illo discedere  
voluero : intimè mihi conscius sum, me  
id

tinere ad Obligationem nostram ; sed putant eam  
velut usuram quandam ( quo ipso nomine miserè de-  
cepti ac alios etiam decipientes persæpe utuntur ) in  
commoda & voluptates datam ; itaque omnia deim-  
ceps faciunt propter dulcedinem vitæ, ac mortis hor-  
rorem : ea enim quæ justii officii erant ( V. G. corpus  
reficere, animum recreare, artem addiscere, victum  
quærere &c. ) vertuntur hoc malo fine in peccatum.  
Si satis perciperent, non posse se hanc vitam abrum-  
pere, non magis quam sibi ipsis hanc vitam dare, vi-  
derent abunde totam hanc vitam ad Obligationem  
esse referendam : in eâque quoad omnes ejus partes  
( quoad naturam, quoad mortem serius aut ocius  
ineundam aut terminandam ) valere hoc Ethicum  
principium debere : *Nihil valeo, nihil volo* : totum  
Deo, cui debetur relinquo.

<sup>4</sup> *Imprimis enim non discedam à corpore meo* ] Cum  
nihil possim agere extra me ( quod ex inspectione sa-  
tis patet ) totum vero agere meum, quod intra me  
est, sit cognoscere aut velle : certum perinde est ac  
evidentissimum neutrum horum habere vim aliquam  
ad solvendum me à corpore meo ; nec enim si cogno-  
scam mortem, ideo moriar, quod per se notissimum  
est) nec si velim mortem, mere ibi stando, ideo mo-  
riar ( quod etiam notissimum est propter illam parti-  
culam *ibi stando* ) sed non vident homines se semper  
ibi stare, adeo ut etiamsi illa particula verbotenus au-  
feratur, maneat tamen necessario vis ejus atque po-  
testas : post voluntatem enim meam necessario statur,  
atque est ; quod aliquando post illam voluntatem se-  
quatur in corpore meo motus, non est à me, non id  
mea imputandum est actioni, sed Dei : ut clarissimè  
patuit ex inspectione nostrum.

id non posse: Restat igitur, si à corpore meo discedere certum habeam, manus ei meas inferendas, fœdandum id ante, laniandum aut præfocandum esse; At non ita verberibus & plagis accipiam corpus meum, nisi illud motum fuerit; motum autem in eo efficere ego non possum (nimis id mihi clarum & illustre fecit sincera mei ipsius inspectio) Ego tantum velle hîc possum: & cum volo, Deus sæpè motum illum impartitur, quem volo; non quia ego volo, sed quia ipse vult me volente

§ Restat igitur.] Dices forte non est necessaria illa resistentia, possum enim me ipsum interimere, mere abstinendo, nempe famem mihi & extremam in ediam indicendo. R. Hoc etiam sine motu non fiet: ad minimum interveniet extinctio flammulæ, seu foci cordis; hic vero sine motu extingui non potest: Ordinaria itaque Dei lex est (quam experientia nos docet) ut tam diu maneamus in hoc corpore, quamdiu illud certo modo confirmatum est in cor seu officinam spirituum, in cerebrum & nervos, quo spiritus illi diriguntur & per nervos fluunt; hæc vero confirmatio sine motu diffringi non potest: itaque sine motu nunquam solvimur ab hoc corpore, quantum scilicet est ex ordinariâ istâ lege Dei; alioqui certissimum est, aliud eum hac in re posse, si modo aliud velit, posse illum, his etiam integris organis, bene à spiritibus cæterisque necessariis instructis solvere aliquem nostrum & hinc eripere: sed utcumque sit, hoc semper manet inconcussum, nos vi nostrâ ab hoc corpore non solvi, non magis, quam vi nostrâ colligati fuerimus cum illo.



lente motum illum fieri : Ut si pufio cunas  
suas in quas conditus est agitari velit, sæpe  
agitantur, non quia ipse hoc vult; sed quia  
mater vel nutrix, quæ affidet <sup>6</sup> quæque  
id præstare potest, id etiam ipso volente  
præstare vult. Si igitur ego quidquam  
gravius de me consulam, si pectus mihi  
pugione perfodere, aut gulam laqueo  
frangere constituam, motum qui ad hoc  
exequendum requiritur, ego non faciam;  
Deus fortè faciet : & hoc ipso abiget me  
hinc, non quia ego abire constitui, <sup>7</sup> sed  
quia

<sup>6</sup> *Quæque id præstare potest.* ] Certè non potest id  
præstare, sed ad hominem id locutus sum, seu ex  
vulgi sententiâ hoc dixi, quod & licebat in ista simi-  
litudine: existimant enim vulgus & mortalium ple-  
rique, se movere corpora sua, atque matrem & nu-  
tricem cunas agitare, in quas conditus est pufio: sed  
saltem sciunt non vi pufionis eas agitari, etiamsi pu-  
tent, in quo magnopere falsi sunt, vi matris aut nu-  
triciis agitari. Interim hac similitudine egregie osten-  
detur quam vili & nullius momenti fundamento ni-  
tatur vulgi illud præjudicium quo persuasum habent  
se movere: nulla enim est ratio istius persuasionis,  
nisi quod conscii sibi sint, motum quendam subinde,  
vel etiam sæpe & sæpius ad voluntatem vel secundum  
voluntatem suam sequi, jam autem eodem argumen-  
to dicat pufio noster, se cunas suas movere, qui,  
quia, (ut fit) perditè amatur, motas illas habet,  
cum motas esse vult.

<sup>7</sup> *Sed quia ipse me constituyente id constituit.* ] Non  
quasi Deum ego permoveam voluntate meâ ad im-  
partendum motum illum, quem ego desidero (sicut  
infans

quia ipse me constituit id constituit; Ego tamen nefarius, qui nondum interpositâ Dei auctoritate, meo iudicio & consilio discedo: ego nefarius, <sup>2</sup> qui quantum est ex parte mea, non vocatus ex eo: exire, inquam, volui, antequam intelligerem me vocari.

## 3. Pro-

infans movet matrem ad agendum cunas, sed quia Deus ineffabili suâ sapientiâ, tales scivit dare leges motus, ut cum voluntate meâ liberâ quidam congrueret, motus omnino à voluntate & potestate meâ independens, vide quæ supra annotavimus de similitudine duorum horologiorum, claudicat igitur similitudo pusionis & matris ejus ab una parte, & mei ac Dei ab alterâ parte, & claudicat quidem non uno modo, nam alterum modum jam paulo ante inter annotandum observavimus (Deus facit motum; mater non facit: Pusio movet matrem ad movendum; ego Deum non moveo) sed vis & energia similitudinis in eo versatur tota, quod sicut pusione volente fit motus seu cunarum agitatio; sed non à pusione fit motus: ita pariter me volente sæpe fiat motus, nunquam faciente.

¶ *Qui quantum est ex parte meâ.* In hoc consistit tota ratio peccati, in hoc, inquam, modo, in hac, ut Scholæ vocant, sic-se-habentiâ, *quantum est ex parte meâ, resisto voluntati Divinæ*: absit enim ut voluntati ejus absolute resistat aliquis: sic quantum est ex parte nostrâ venimus non vocati, cum nos ipsos interrimus, sed absolute loquendo etiam tunc venimus, quia Deus nos vult venire: similiter quantum est ex parte nostrâ, vocati non venimus, cum moribundi adhuc vivere volumus etiam si insperata tunc nobis salus detur; absolute vero non venimus quia  
Deus

3. Probè jam capio hanc meam Obligationem, amplector, recipio in me: mecumque sic statuo: *Jussu Dei hic manebo; injussu ejus non abibo.* <sup>9</sup> *In me uno adhæreant hominum omnium odia, obreclationes & calumniæ, omnia mea beneficia in contumeliam accipiant, diris me devoveant & execrentur: Non nisi exilium me maneat, egestas, orbitas, solitudo, carcer:* <sup>10</sup> *Exquisi-*  
*tis*

Deus non vult nos venire: atque ita cujuscumque peccati ratio in eo consummatur tota, quantum est ex parte meâ, *secus facio, quam Deus vult*: nunquam tamen absolute secus facio: Sicut malitia pumilionis nostri non in eo sita est, quod Herculi clavam de manu extorqueat, aut aliquid, quod eo pertinere possit, conferat; sed quod quantum est ex parte suâ aut extorquere aut aliquid ad extorquendum facere velit: etiamsi igitur Hercules clavam à se demitteret; intelligitur tamen adhuc pumilionis illius nequitia, stultitia & ineptia.

<sup>9</sup> *In me uno adhæreant.*] Hoc est primum punctum hujus propositi: mortem non præoccupabo ob aliorum in me hominum odia. Contra quod sentit Seneca: qui putat hominum odia & contumelias posse esse tam magnas, ut hinc liceat sibi ipsi manus inferre: Epist. 70. *Itaque, inquit, effeminatissimam vocem illius Rhodii existimo, qui cum in caveam conjectus esset à tyranno, & tanquam ferum aliquod aleretur, suadenti cuidam, ut abstineret cibo: Omnia inquit, homini dum vivit speranda sunt. Ut sit hoc verum, non omni pretio vita emenda est, &c.* Ego cogitem in eo qui vivit, omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo, qui scit mori, nihil posse fortunam.

<sup>10</sup> *Exquisitis tormentis.*] Hoc est alterum punctum

itis tormentis instet tyrannorum rabies & furor, ac mille mihi mortes intentet: <sup>11</sup> Corpus meum fames, scabies, tabes depascatur: <sup>12</sup> Animum meum timor, dolor, tædium, & scelerum conscientia strangulet: Mentem meam oblivio, stupor, hebetudo, fatuitas, habeat;

etum nostri propositi, mortem non præoccupabo, etiam si imminet mors certa & sæva. Contra quod Seneca eadem epist: Non possis itaque de re in universum pronunciare, cum mortem vis externa denunciat, occupanda sit, an expectanda. Multa enim sunt, quæ in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic injicienda sit manus? Et infra. Ego expectem, vel morbi crudelitatem, vel hominis, cum possim per media exire tormenta, & adversa discutere?

11 Corpus meum. | Hoc est tertium punctum nostri propositi: mortem non præoccupabo propter morbum vel dolorem corporis. Contra iterum Seneca Epist. 58. sub finem: Morbum, inquit morse non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo: non asseram mihi manus propter dolorem: sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, sed, quia impedimento mihi futurus est ad omne, propter quod vivitur.

12 Animum meum timor. | Quartum punctum propositi: etiam si mens mea & animus male habeant, non tamen mortem præoccupabo. Contra iterum Seneca in eadem Epistolâ; Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non opperiri, sed manu facere. Prope est à timente, qui fatum segnis expectat: sicut ille ultra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat, & facem quoque exorbet. Et paulo infra. At si inutile ministeris est corpus, quid ni oporteat educere animum labora-

habeat; <sup>13</sup> Certum tamen mihi est, mortem non præoccupare, non manu facere; sed placidum operiri: Deus enim his calamitatibus superesse me jubet; si non juberet, eriperet: mos ei gerendus est, non mihi, qui lascivire mallet

borantem? Et fortasse paulo antè quam debet, faciendum est, ne cum fieri debeat, facere non possis: Et cum majus periculum sit male vivendi, quam cito moriendi, stultus est, qui non exigui temporis mercede, magnæ rei aleam redimit. Et paulo infra. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit: totum autem ab illa parte meliore. At si cæperit conatere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit, sed animam: profeliam ex edificio putrido ac ruenti. Hujus perniciosissimi erroris causa est, quod non satis perspexerit, vitam ad officium & Obligationem pertinere, existimavit autem (quod & vulgo omniper-suasum est) vitam pertinere ad fructum & usuram aliquam nostram (quo ipso vocabulo M. Tullius in hoc negotio sapius utitur) nobis commoda & bono nostro ad tempus ad aliquod concessam: itaque non est mirum si putaverit, posse se beneficio, quando id ei grave factum esset, renunciare. Ast vero clarissimum est, tum ex præcedentibus, tum etiam ex iis quæ sequentur in posterum, vitam non ut usuram nobis concessam (quod ad commodum ejus, qui usuram sibi pecuniam mutuo accipit, pertineret) sed ut Obligationem nobis impositam esse (quod non commodum Obligati, sed onus & officium respicit.)

<sup>13</sup> Certum tamen mihi est, mortem non præoccupare.] Dicit forte aliquis, etiamsi vita nostra pertineat ad Obligationem, non vero ad usuram aut fructum aliquem nostrum, tamen hæc Obligatio non est tam stricta ut vitam teneamur cum tantis nostris incommodis,

modis, quanta in textu proximè commemorata sunt, servare: Obligamur enim etiam vitam parentis servare: sed si is casus est, ut mea pariter atque patris vita periclitetur, & in extremum discrimen adducta sit (puta ambo submergendi sumus) si non possum patris vitam sine meo interitu servare (V. G. Tabulam ei in naufragio offerendo) licitum erit mihi patrem deserere, & vitæ meæ prospicere, retinendo mihi tabulam, quam arripui: cessat itaque hic Obligatio servandi vitæ patris, nec ad illam servandam Obligatus sum cum tanto incommodo meo & explorata ac certâ vitæ jacturâ: potest ergo similiter cessare Obligatio propriæ vitæ tuendæ inter tot ac tanta incommoda. *¶* Hæc ferè mens Senecæ esse videtur; sed ru nota Obligationem in nobis nunquam posse cessare, nisi per aliam Obligationem majorem, ut in casu posito Obligatio propriæ vitæ conservandæ inter incommoda, quæ major est, extinguit Obligationem paternæ vitæ conservandæ, quæ minor Obligatio est: At qua Obligatione extinguitur Obligatio propriæ vitæ conservandæ inter incommoda, quæ textus perhibet? Certè nulla hic cogitari potest Obligatio, quæ Obligationem propriæ vitæ conservandæ extinguat, nisi Obligatione proprii commodi & immunitatis à quibusdam miseriis, afflictionibus & tormentis; atqui ridicula est Obligatio proprii commodi, & manifesta in isto adjecto implicantia est: nam Obligatio non potest spectare ad commodum ejus, qui Obligatus est; sed (ut nomen ipsum est) ad Obligationem & onus: utique si per impossibile Obligatio quâ talis spectare ad commodum & favorem Obligati posset, posset Obligatus pro arbitrato suo Obligationi suæ renunciare (ut juri in favorem nostrum lato renunciamus, cum volumus) quod absurdissimum plane atque ridiculum est, nam Obligatum remittere Obligationem, hoc consentaneum subinde; sed Obligatum remittere suam Obligationem, nihil aliud quam committere & peccare

malem <sup>14</sup> quam exerceri. Enimvero si  
<sup>15</sup> favor hominum & blanditiæ me palpent,  
I

peccare est. Hoc interim argumento, quod objectio  
perstringit, seducti, putavere multi ( quibus Seneca  
merito annumeres ) utrumque licere inter hæc  
incommoda & vitam servare & abjicere. V. G. cum  
mors à Tyranno imminet & sæva & multiplex: lice-  
re quidem mortem præoccupare ( & hoc ad naturæ  
Deique indulgentiam pertinere ) & licere etiam ex-  
spectare mortem multis à Tyranno tormentis infe-  
rendam (quod ad patientiam & animi magnitudinem  
pertineat) persuasum habent: Considerant enim O-  
blicationem, qua hic manere obligati sumus, inter-  
tristia & incommoda, tanquam cur possit is qui obli-  
gatus est, renunciare. Itaque recidunt semper in  
eandem scyllam, totumque fundamentum istius er-  
roris est: vitam datam nobis esse in usuram & fru-  
ctum, non in Obligationem, cui posset is, qui Obli-  
gatus est; pro libitu suo (id est; nullâ majore inter-  
veniente Obligatione) renunciare.

<sup>14</sup> *Quam exerceri.*] Hoc est proprium boni viri  
omnes calamitates exercitiorum loco ducit: nec hoc  
de Deo tantum credit, exerceri se nempe ab eo, cum  
graves ab ipso immittuntur afflictiones & adversita-  
tes; sed facile etiam sibi hoc de superioribus suis, de  
magistratu politico, cui subest, persuasum habet:  
itaque etiam si sæpe indignè & invidiose ab eo tracte-  
tur, mavult tamen sibi persuadere, exerceri se, peri-  
culum capi industriæ & constantiæ suæ, quam serio  
se divexari: quo equidem innocuo & generoso stra-  
tagemate, facit eos iales, quales eos credidit: exa-  
minatores exploratoresque virtutis suæ eos reddit,  
qui hostes erant: itaque ut nonnunquam & illi,  
semper vero populus virtutis & innocentiae testis fiat.

<sup>15</sup> *Favor hominum.*] Incipit hic altera pars pro-  
positi: prior enim pars propositi erat; propter ma-  
la

si omnes mihi vultu ac animo studeant, bene  
 dici mihi omnes & benefici, applaudant, gra-  
 tulentur, gratificentur, laudibus in caelum  
 ferant: Ad hæc divitiis affluam, vestibulum  
 meum maximâ quotidie clientum frequentia  
 celebretur, <sup>16</sup> agam indies cum amicis, cum  
 consanguineis, cum necessariis, cum lectissimâ  
 castissimâque conjuge, cum charissimis pigno-  
 ribus: <sup>17</sup> Corpus meum sit robustum, for-  
 mosum, vegetum, omnibus numeris absol-  
 tum: <sup>18</sup> Altus animus, securus, recte facti-  
 rum conscientia subnixus, lætus: Mens in-  
 cuta, scita, sapiens, inquirendis agitandisque  
 rationibus <sup>19</sup> pasta semper & expleta: 20. Haec

la non exuam me vitâ hâc; secunda pars propositi,  
 propter bona & secunda omnia non manebo in hac  
 vitâ: cui infra tertia pars adjungitur: nempe exibo,  
 manebo mere propter legem Dei: Hic igitur contra-  
 rium primo puncto prioris partis perhibetur: ibi con-  
 tumelia & hominum odia, hic Favor.

<sup>16</sup> Agam indies cum amicis.] Contrarium secun-  
 do puncto prioris partis nempe securitas hic; ibi car-  
 cer & nex imminens.

<sup>17</sup> Corpus meum sit robustum.] Contrarium tertio  
 puncto prioris partis: nempe hic sanitas, ibi morbus  
 & dolor.

<sup>18</sup> Altus animus.] Contrarium quarto puncto:  
 nempe hic animus & mens integra; ibi fracta & con-  
 vulla.

<sup>19</sup> Pasta semper & expleta.] Proprium hoc ratio-  
 nis est mentem pascere & satiare: unde nunquam sa-  
 tis est menti, quandiu latet illi ratio, quæ simulatque  
 appetit



1<sup>o</sup> *Hæc omnia si me deliniant, suavientur,*  
I 2 *ample-*

apparuit & detecta est, hoc ipso satis est menti, hoc ipso expleta est, nec quicquam desiderat ultra. Solet enim his fere gradibus mens humana procedere: primum ne sensum quidem intelligit sententiæ, quam docens exhibet, V. G. in hoc Logico dogmate: *Ex contradictione consequentis sequitur contradictio antecedentis*, tyro nihil videt, nec veritatem rei significatæ, nec sensum aut vim significationis: primum itaque docens significationem sententiæ tyroni ingerit, explicatque verborum significationes: atque sic factus est primus gradus, ex profundissima ignorantia in scientiam saltem significationis & sensus: in quo primo gradu dubitatio consistit: nam cum sensum dogmatis percepit jam tyro, æque de hoc ac de illo; *Arena maris sunt numero pari*, dubitat, & prorsus incertus hæret: succurrit itaque ei auctoritas docentis, quem & peritum esse in re Logicâ & bonum videt, qui nec decipi facile possit, nec decipere ullatenus velit: atque hic factus est secundus gradus, à dubio ad verisimile seu probabile idem est. Succurrit jam tyroni docens & exemplis dogma propositum illustrat, dicitque V. G. sequitur *non sum*, ergo *non cogito*, item sequitur *curro*, ergo *moveor*, & similiter sequitur *non moveor*, ergo *non curro*: Et quamplurima talis farina adfert exempla, atque hic tertius gradus constitutus est: Et tyro jam è verisimilitudine in certitudinem assertus est; sed obscuritas adhuc in hoc gradu, nec mens tyronis acquiescit: cumque jam certo novit ita esse, quærit cur ita sit, quærit rationem, quam simulatque docens impartivit, jam quartus gradus constitutus est, jam tyro è certitudine in evidentiam evehctus est, jam acquiescit, jam satis habet, nec quærit aliquid ultra rationem illam. Vide in Logicis nostris.

2<sup>o</sup> *Hæc omnia si me deliniant.*] Hic incipit tertia pars

*amplectantur; nihil tamen horum me tenebit, nihil horum erit mihi causa hic manendi: manebo inter illa; non tamen illorum gratia; non ob illa, sed ob legem, quam mihi Deus dixit, hic manebo: illa sola stringet & ligabit me, illa sola à me, ut hic manere velim imperabit.*

4. Est verò hæc secunda Obligatio  
 21 maximi in Ethica momenti: & qui hanc non satis intellexerunt Philosophi (quales quidam Stoici, & nominatim Seneca) aberrarunt à janua, totam viam Virtutis ignoraverunt: imò loco Virtutis, imma-

pars propositi: quod totum sic perstringitur: nec propter secunda diutius, nec propter adversa brevius vivere volam; sed seu inter adversa, seu inter secunda, vivam donec Deus me solvat.

21 *Maximi in Ethica momenti.*] Quia nempe in hac secundâ Obligatione fundantur sequentes omnes, præsertim ad sextam inclusivè: Victus enim querendus est (tertia Obligatio) ut vivatur (secunda Obligatio) vitæ genus deligendum est (quarta Obligatio) ut haberi victus possit, multa facienda, multa ferenda sunt (quinta Obligatio) ut generi vitæ quod assumpsimus pares esse possimus: inter cætera ob eandem causam, animus interdum relaxandus est (sexta Obligatio.) Vides continuâ atque perpetuâ catenâ à secundâ Obligatione sequentes trahi: ita ut si illa concutiatur, hæ eodem motu labefactæ necessario concidant: si enim non sit Obligatio vitæ conservandi, non erit etiam Obligatio victum querendi (hic enim ad conservandam vitam queritur) nec

immanem quandam libidinem, Philautiam meram, ipsissimum Peccatum nobis induxerunt: Qui enim integrum & liberum sibi esse vult, hinc abire: cur ille vescitur? cur artem addiscit aliquam, aut vitæ institutum aliquod amplectitur, ut habeat quo vescatur, nisi quia libet? Libet enim ei jam in vivis manere: ideoque patet ea, quæ sunt ad victum, ad commodum, ad voluptates; cum in vivis manere non amplius libuerit, abibit: & sic omnia faciet, omnia missa faciet, quia libet: quid hoc aliud, quam effrænata libido, perpetuum studium sui, summa Rationis despectio?

5. Et certè Seneca præ reliquis unum hoc spectare ac sequi videtur, ut efferæ tali, nullisque cancellis circumscriptæ licentiæ classicum canat, ad eamque immani ac insolenti verborum sententiarum

I 3

exem-

nec erit Obligatio deligendæ vitæ genus aliquod (hoc enim deligitur, ut victus suppetat) nec erit Obligatio multa ferendi faciendique (hæc enim ferenda faciendaque sunt ut vitæ genus frugiferosum nobis sit, & victum proferat) neque Obligatio erit animum relaxandi (nam is relaxandus est, ut ferendo faciendoque simus.) Ecce concidit omnis Obligatio, & in locum ejus obruditur nobis mera libido: jam enim non faciemus illa, nisi quia lubet, non enim sumus Obligati; faciemus itaque si lubet; si secus, omitemus.

exemplorumque passu<sup>22</sup> (in quibus animi plus satis; sed parum mentis) viam nobis præeat: Ipsemet *Epist.* 70. cum sibi objecisset, *Invenies etiam professos Sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas judicent, ipsum interemptorem sui fieri*, Non aliud habet quod respondeat, quam, *eos qui hoc dicunt*,<sup>23</sup> *præcludere viam libertati*: Licentiæ dicere debebat & indomitæ libidini: nescit verò ipse, quid sit libertas: hæc fructus est Obedientiæ, non ferociæ: & vide sis Lector hoc cap. sect. 1. §. 2. n. 4. Libertatem sanam & veram. Juvat hanc in rem verba ejus, quæ habet *lib. de Providentia cap. 6.* hîc atterere: Ubi, cum inter cætera, Deum bo-  
nos

<sup>22</sup> *In quibus animi plus satis.* ] Mirum est, quam animositate, ferociâ atque immanitate hanc sententiam multis locis Seneca inculcet: quomodo non laudet Catonem & alios quosdam, qui nec lege, nec neglecto Dei mandato, sed & privatis aliquibus affectibus ducti, sceleratas sibi manus intulerunt (tu vide librum ejus de providentiâ, Epistolamque 58, 70, &c.) Et non minus mirum est, quam nullis rationum momentis sententiam suam stabiliat, ut ex sequentibus patebit.

<sup>23</sup> *Præcludere viam libertati.* ] Iphis verbis testatur se non velle Obligationem quærere (ut quam etiam inter turbas illas suorum affectuum cum sententiâ suâ non stare, quasi per nebulam videbat) sed totus effusus in libertatem (falsam quidem illam & inanem) tantum dissolutionem quærît eruptione in que omnis officii & Obligationis.

nos <sup>24</sup> viros sibi pares , imo etiam in quibusdam superiores fatentem induxisset , tandem etiam sic <sup>25</sup> perorantem facit :

*Ante omnia cavi , ne quis vos teneret invitos .  
patet exitus . si pugnare non vultis , licet fugere .  
Ideoque ex omnibus rebus , quas esse  
necessarias vobis volui , nihil feci facilius ,*

I 4

quam

<sup>24</sup> *Viros sibi pares , imo etiam in quibusdam superiores fatentem induxisset .* ] Stoicorum hoc est effatum , & ad quod animus omnis bene institutus naturaliter exhorrescat , bonum virum Deo exæquare , imo in multis anteferre : V. G. quod Deus necessario bonus sit , ille non item : quod Deus sine malorum perpessione bonus sit : ille mala devincat & superet , & in similibus multis .

<sup>25</sup> *Perorantem facit .* ] Summa hujus orationis hæc est , cum Deus exitus tam multos , tam faciles , nullo non loco , nullo non tempore suppetentes concesserit ex hac vita demigrandi , non videtur virum bonum inter graviores ærumnas & tormenta hic detineri voluisse ( sicut commentariensis , compedes solvendo , carcerem recludendo , videtur hoc ipso liberum captivo facere ut egrediatur . ) Itaque si vir bonus nimis urgeatur ( V. G. hominum atrocioribus contumeliis , morte per sævum supplicium exigendâ , morbis incurabilibus , doloribus intolerabilibus , amentia & corpore ministeriis inutili ) integrum erit ei exire ex hoc corporis ergastulo , nullibi non patiente , & ad egressum nos invitante : non existimabant enim Stoici , licere quavis de causâ mortem sibi inferre , sed causas illas , quas jam statim in parenthesis commemorabam , quas supra Num. 3. hoc §. innotat : ex Senecâ recensuimus desiderabant .

quam mori. <sup>26</sup> Prono animam loco posui : trahitur. Attendite modo, & videbitis quam brevis ad libertatem & quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu vobis, quam intransibus moras posui : alioqui magnam in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tardè moreretur, quam nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit renunciare naturæ & <sup>27</sup> munus suum illi impingere &c. Non in alto latet spiritus, nec utique ferro eruendus est, non sunt vulnere impresso,

<sup>26</sup> Prono animam loco posui : trahitur.] Animam trahis respirando : itaque opus tantum est illud relinquere <sup>20</sup> attrahere, seu cessare à respiratione, V. G. palma manus ad os & nares arctè constrictâ, aut srophiole spongiâve in fauces illisâ (quale exemplum etiam refert Seneca Epist. 70. de quodam, qui cum ad bestias duceretur, finxit se alvum ante debere solvere, & arreptâ spongiâ, quæ latrinis ad obscenas partes mundandas apposita erat, eam sibi in fauces impulit, & spectaculi elusit expectationem.

<sup>27</sup> Munus suum.] Ambiguum est : nam & gratiam atque favorem & officium atque Obligationem importat munus : Videtur, Seneca in priorem sensum accipere : ut innuat gratiam, quam nobis fecit natura, cum vitam dedit, cum inutilis reddita est, & non jam gratia sed onus est, renunciare nos posse : sicut summam, quam forte mutuam accepimus, refundimus usurario, cum hæc vel propter factum ipsius, beneficium nobis improperantis, vel quâvis alia de causa reddita est gravis aut inutilis.

*impresso, 28 penitus scrutanda praeordia; in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinavi locum: quacumque pervium est. Ipsum illud, quod vocatur mori, quo anima discedit à corpore, brevius est, quam ut sentiri tanta velocitas possit. 29 Sive fauces nodus elisit, sive spiramentum aqua praeclusit, sive in caput lapsos subjacentis soli duritia comminuit, sive haustus ignis cursum animae remeantis interscidit: quidquid est, properat. Ecquid erubescitis? 30 quod tam cito fit, timetis tam diu?*

I 5

6. Hæc

*28 Penitus scrutanda praeordia.] Mirum est, quam libenter hic debacchetur, quam libenter efferas illas voces, ubi ubi potest ingeminet. Militem aut verius latronem inter cædes & sanguinem exultantem audire te dicas, non Pholosophum.*

*29 Sive fauces nodus elisit.] Iterum iterumque insolitos suos furores abit, & cruentum illud ac execrabile classicum contra Dei legem clangit.*

*30 Quod tam cito fit, timetis tam diu?] Ad has Senecæ seu rationes, seu vociferationes respondemus imprimis: non facile esse nobis exire ex hoc corpore, sed quantum ad vim & efficaciam nostram attinet, penitus impossibile (ut & supra, & jam satis infra Num. 6. satis patet) secundo, etiamsi facile sit exire ex hoc corpore & manus sibi afferre, juxta vulgarem aliquam persuasionem (quia scilicet motus ille, qui ad hominem è medio tollendum requiritur, non solet voluntati nostræ denegari) tamen nullum inde argumentum duci potest pro nefario hoc Senecæ dogmate: quæ enim hoc pacto facilia sunt, sæpe gravissima scelera sunt; itaque nullatenus sequitur. Deus facile*

facile relinquit, ergo integrum relinquit: seu facile est, ergo faciendum est: nulla, inquam, sunt hæ consequentia, ut per se nimis quam manifestum est. Imo videtur Deus, quo gravius est scelus aliquod, eo nobis majorem ejus perpetrandi reliquisse facilitatem: nunquid enim facilius est patrem occidere, qui cum vivis, qui filio se credit, quam hostem, qui te cavet, qui minimos etiam tuos motus suspectat, qui & arma expe lit, & vim vi repellere paratus est? Nunquid etiam facilius est bonum principem, qui sine præsidio, sine satellitio inter cives suos tanquam fratres versatur, quam Tyrannum tot latronum agmine stipatum interimere? Et ita porro, quo plerumque gravius scelus est, eo item facilius, aut in alios committere, aut in se admittere. Quantum autem ad rationes attinet, quibus instructum esse volunt eum, qui seipsum jure interempturus sit, ineptæ sunt: nam quævis causa sufficiet, si aliqua sufficiet: nec minus justè amator à meretricula repulsam passus, vim sibi afferret, aut fame se enecabit, quam Rhodius ille, de quo Seneca Epist. 70. tam enim sentiens sæpe est illius stultæ contumeliæ amator stultus, quam Rhodius ille in cavèâ suâ contumeliæ, quam à Lyfimacho patitur. Et certè nulla debet videri exigua causa, quæ impellit ad abjiciendam vitam, quâ nihil homini solet esse carius: ut ergo aliis sæpe videatur parva certè ei, qui illâ adductus eo est, ut vitam sibi auferret, minime parva videbatur. Quid refert ergo qualis in se sit causa & quanta? Semper magna, semper urgens apud eum est, quem eo instigare potuit ut vitam deponeret: Et nunquam aliter erunt magnæ causæ, quam comparatione ad certas personas, earumque existimationes ac persuasiones, quibus indulsere: quid enim? Tu omnibus opibus & divitiis exutus, infamis, & contumeliis quamplurimis affectus, putes hanc esse gravem causam, & quæ tibi jus faciat animam projiciendi? Invenies, qui inter hæc videat, augetur &

- - Can-



6. Hæc ille : & pensitemus : *Nequis vos teneret invitos* : Certè tenentur hîc qui boni sunt ; sed non invitati tenentur : <sup>31</sup> *Lege Dei hîc alligantur* ; hanc verò medullitus amant , totâ mente atque omni animo volunt ei parere : nihil illis accidere potest tam dirum , nihil imminere tam horridum & execrabile , quod eos ad animam prociendam adducat : hoc enim quid esset aliud , quam legem illam violare ? Verbo dicam : <sup>32</sup> tenentur , sed liberrimi sunt :

I 6

Si

.. *Cantet vacuus coram latrone viator.*

Restat igitur , ut quod res est , ingenuè fateatur Seneca : nempe quemlibet , qui se ipsum interemit , jure id fecisse , quâvis de causa id fecerit , se omnia ad libidinem referre , se cum libet exiturum , cum non libet , remansurum : nam prætextus ille rationum , quem exituro injungit , merus prætextus est , & res eo sponte delabitur , ut , cum placet , vivere ; cum non placet , mori possis : quæ ferè ipsis illis verbis Seneca Epist. 70. *Placet ? vive. Non placet ? licet eò reverti, unde venisti.*

<sup>31</sup> *Lege Dei hîc alligantur.* ] Non compedibus corporis , quas facile ( ut tibi hoc demus Seneca ) expedirent : difficultas ergo tota illis est expediendi se à lege divina , à qua cum se expedire non possunt nolunt id pariter. Atque ita corrui argumentum illud , quod à facilitate abruptum compedes illas ducebatur.

<sup>32</sup> *Tenentur , sed liberrimi sunt.* ] Nempe teneri seu ligatum esse , & liberum atque solutum esse non pugnat in viro bono : ut qui novit , non aliter se liberum esse , quam eâ servitute , qua Deo & legi ejus servit. Vide quæ supra annotata sunt ad fructum obedienciæ.

*Si pugnare non vultis, licet fugere: \** <sup>32</sup> Egregium verò imperatorem, qui sic milites suos alloquitur, imò vecordem, imò nugatorem: talem tibi Deum facis, ô Seneca? quid enim hoc aliud in imperatore, quam nugari? *Instruxi vos ad pugnam, Commilitones: in aciem eduxi; Vos vero, cum visum fuerit, fugite:* <sup>33</sup> Quanto satius? *Vos pugnate viri: state, state; Et nisi cum receptui signum dederò, ne redite.* Porro Deus

<sup>32</sup> *Egregium vero imperatorem.*] Accommodatius certe Seneca Deo dedisset personam commentariensis quam Imperatoris: ille enim meliori fronte dixisset: Reseravi vobis carcerem, fenestras omnes & spiracula aperui, compedes laxavi, si non placet hic manere, potestis hinc abire; at vero cum Deum ut imperatorem loquentem facit, nugatur, & cum Deum ipsum ridiculum facere non possit, certe se ipsum fecit: ut satis patet ex iis, quæ statim in textu sequuntur. Puduit tamen ipsum Deo personam imponere tam abjectam; sed nisi imposuerit, nihil coloris habebit dissertatio. In imperatore schema non valet; in commentariensi (nisi indigna Deo imponeretur persona) aliquam haberet speciem.

<sup>33</sup> *Quanto satius? Vos pugnate viri: state, state; Et nisi cum receptui signum dederò, ne redite.*] Si Seneca schema illud Imperatoris ritè exsecutus fuisset, prorsus in nostram ire sententiam, necessum habebat: ut satis patet ex proximè subiectis in textu: itaque Seneca hic non tantum in veritatem, sed graviter etiam in artem suam Rhetoricam peccat, quæ precipit assumpto schemati quantum fieri potest accommodare cætera: Et cum Imperator inductus est, pro imperatore loquatur, non pro commentariensi.

apud Senecam: *Ex omnibus rebus, quas esse vobis necessarias volui, nihil feci facilius, quam mori*: Ita quidem omnibus non bene rem examinantibus persuasum est, mori se cum volunt; sed quam falsi sint, paulò antè vidimus; Veruntamen demus id facile esse, quod vires nostras in immensum excedit: Non solet equidem Deus tales motus, quales ad hominem aliquem è medio tollendum requiruntur, voluntati nostræ denegare: atque eâ ratione dicere possumus, *facile est se ipsum interimere*:<sup>34</sup> Facile: sed an faciendum? Multa sanè facilia sunt, eademque nefaria: <sup>35</sup> & vel fugere

<sup>34</sup> *Facile: sed an faciendum?* ] Nempe facilitas aut difficultas non est regula morum seu Ethices, sed præceptum atque prohibitio: nec peccatum est, quod difficile, sed quod prohibitum, nec recte factum quod facile, sed quod præceptum: imo plerumque quæ graviora sunt scelera, facilia sunt perpetratu: ut supra annotavimus.

<sup>35</sup> *Et vel fugere cum hostis ingreditur.* ] Offerimus rursum Senecæ & imprimimus schema, quod ipse incepit; Deum ut imperatorem, nos ut milites induxerat: Turpe vero est & imperatorem militibus integrum facere ut fugiant, & milites ingruente hoste suo, terrore fugam capescere. Contraria omnia esse debebant in hoc schemate, & imperator ad persistendum monere, & miles intrepidus adversus hostem persistere debebat: atque adeo Deus ut nos monens ne vitam abrumperemus ob humanæ sortis calamitates & nos ut obstinati constantesque in proposito non cedendi introduci debueramus.

fugere cum hostis ingruit, quam facile est militi, tam etiam turpe: hoc Romæ diffiteri non audeas ô Seneca. *Non tam longas in exitu vobis, quam in trantibus moras posui*: Falsum: Momentum est, quod impendimus intrando, momentum est quod impendimus exeundo: & qui aliter possemus, qui partium omnium expertes, partim adesse, partim abesse non possumus; sed necessariò vel adsumus omnino, vel omnino desumus? Corpus quidem nostrum partes habet, secundum quas paulatim in usus nostros augeri perficique solet; <sup>36</sup> nullas nos ipsi: Nam si v. g. quis legat hanc scripturam, seque legentem audiat, & legendo, rationes, quas hîc adferimus perpendat, interim verò etiam ex pedibus laboret, aut aliter affectus sit: clarissimè tamen percipit, sibi que intimè conscius est, non alium esse, qui videt, alium qui audit, aut dolet, aut ratiocinatur; sed se unum ac eundem, oculis videre, auribus audire, dolere pedibus, mente philo-

<sup>36</sup> *Nullas nos ipsi.*] Nimirum nos longe aliud sumus, quam hæc corpora: nos cogitamus; hæc nostra corpora non cogitant, licet nobis occasionem præbeant variarum cogitationum; sed & quomodo id præstant, ineffabile est: hoc constat, non vi sua, sed alterius. Vide de Inspectione sui. Num. 9.

philosophari: <sup>37</sup> Adeoque nullas umquam in se ipso partes invenit, sed ad summum in corpore suo. Quæ sic obiter & perfunctoriè: nam latius alibi, & in Metaphysica discutiam: hîc occasionem captavi, quod hæc consideratio ad sui cognitionem non nihil conferre videretur. *Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit renunciare naturæ &c.* Eiusdem farinae cum præcedentibus: Et hæc omnes rationes docent esse facile; nulla faciendum. Sed age: Cum vita est mihi redita tam dura, ut eâ me exuere certum habeam: nonne potius illum suâ exuam, qui meam mihi tam acerbam facit? sæpe enim hîc aliquis est in culpa: & si vitam mihi egestas gravem facit, cur gravem vitam potius abjicere constituam, quam aliorum fortunis per rapinas & latrocinia sustentare? Si tantum vanæ illi facilitati

ac

<sup>37</sup> *Adeoque nullas umquam in se ipso* ] Apage igitur commentum illud Scholæ, quod tres nobis animas indidit, vegetantem, sentientem & ratiocinantem. Vegetans certe ad nos non perinet, nutrimur, crescimus, generamus sine ullâ harum rerum cognitione atque conscientia; Sentiens vero & rationalis anima nos ipsi sumus, quandiu in corpore hoc sumus: nec duæ istæ sunt in nobis, sed una simplexque res: cum clarissime sentiamus, nos unos & eosdem sentire simul atque ratiocinari: idem autem quæ idem, nullas dicit partes.

ac libertati studendum foret Seneca, hoc mihi facilius liberiisque videretur: nam ad tuam illam libertatem sat citò venirem, cum hac meâ frui amplius non liceret. *Quod tam citò fit, timetis tam diu?* <sup>38</sup> Quod tam citò fit, æternis suppliciis luitur, & nunquam eluitur nefas. Similia ferè sunt, quæ *Epist.* 58. & 70. ac alibi debacchantur: Non laborat, quemadmodum probet quod dicet, sed quemadmodum fortiter incutiat, & velut colaphum infringat legenti: Sæpius ubique inculcatum, *Exitus multos esse, faciles esse*, & vix aliud quidquam rationis: Quid refert? non licet exire: Deus vetat: Quod satis supra demonstravi: & nemo est, quin sentiat, modò animum attendat; & maturè secum perpendere velit, quæ ibi demonstrata sunt.

Argu.

<sup>38</sup> *Quod tam cito fit, æternis suppliciis luitur, & nunquam eluitur nefas.*] Certum enim est, qui cum averlus à Deo & lege ejus moritur, quantum est ex re ipsa, debere æternum manere in illâ aversione: cum nihil sit quod eum inde naturaliter possit divertere: corpus enim & sensus nostri; qui sunt unicum nostrum diverticulum, ibi aberunt. In ista autem aversione jure supplicium & perpetua confusio, cum mens quidem intelligat eum, à quo averfa est, cum verò ad quod conversa est, non intelligat: hoc enim tantum mediante corpore & sensibus suis attingere poterat, quibus jam destituta est.

## Argumentum.

### §. 5. De Obligatione Secunda.

Secunda Obligatio est, non exire ex hac vita, nisi Deus revocaverit: nihil enim debeo velle, ubi nihil valeo, atque nihil valeo quoad exitum ex hac vitâ, ergo & nihil velle debeo. Hæc N. 1.

Solebam quidem existimare me hic aliquid valere; sed cum solâ voluntate solvere me non possim ab hoc corpore, sed motus insuper adhibendus sit, in quo nihil mihi juris est, plane intelligo falsum fuisse. Hæc N. 2.

Propono itaque hoc firmiter: nulla erit tanta afflictio, quæ me adigat ut vitam deponere velim: nulla tanta felicitas, quæ mihi persuadeat, ut vitam retinere velim; sed penes solam Dei legem arbitrium hoc stabit. Hæc N. 3.

Hæc Obligatio fundat fere reliquas: qui hanc concutit, totam Ethicam evertit: Et totum officium resolvit in libidinem: vivitur enim quia lubet, editur ut vivatur, laboratur ut edatur &c. ergo à primo ad ultimum omnia libidine trahuntur. Hæc Num. 4.

Seneeca

Seneca obstreperit, & quia facile est exire ex hac vita, integrum vult esse exire, præsertim si calamitas urgeat ad exeundum. Hæc N. 5.

Sed imprimis non est facile, aſt im-  
 possibile nobis. Et etiãſi vulgari quodam  
 modo loquendi facile eſſe demus, non ideo  
 faciendum eſſe probatum eſt: cum multa  
 facilia ſint, nequaquam tamen facienda.  
 Per occasionem demonſtratur ſimplicitas  
 humanæ mentis, & nullas in nobis reperiri  
 partes: utpote qui clariffime nobis conſciii  
 ſumus, omnia quæ nobis conveniunt, ad  
 unum aliquod idemquæ referri; idem au-  
 tem, qua idem, ſimplex eſt. Hæc N. 6.

### §. 6. Tertia Obligatio.

**T**ertia Obligatio mea proximè dimanat  
 ex ſecunda: illa verò Obligatio hæc  
 injun-

*Ex ſecundâ.* J Prima enim Obligatio quodam-  
 modo ſterilis eſt, nec alias progignit Obligationes;  
 ſaltem non tales, quæ pertineant ad humanam con-  
 ditionem: humana enim conditio, hoc ipſo, quo  
 primæ Obligatiõni ſatisfactum eſt, expirat: J ubet  
 enim prima Obligatio Deo vocanti parere, & cum è  
 vivis nos evocat redire: hoc cum fecerimus, homines  
 eſſe eo ipſo deſierimus: quicquid tunc nobis Obli-  
 gationis imponetur (nam extra Obligationes nun-  
 quam ibimus, ut qui eſſentialiter ſervi Dei & ſubditi  
 ſumus: ut demonſtratur hoc tractatu Sect. 2. §. 12.  
 Num.



injungit: <sup>2</sup> Corpus meum reficere, edere,  
re,

Num. 3.) Subeundum erit æquo animo; sed id tum videbimus: jam parum, quæ qualesque Obligationes illæ futuræ sint, per rationem naturalem assequimur.

<sup>2</sup> *Corpus meum reficere.*] Continuo enim diffluit: Et si non reficis, deficit, & hoc ipso contra secundam Obligationem peccas, quæ jubet hic manere: Et hæc quidem tertia Obligatio nihil videtur habere difficultatis cum sanis atque vegetis adhibetur: habet enim conjunctam delectationem, quæ in reflectione corporis, cum fames, sitis, somniculositas & similia ejusdem generis, edendo, bibendo, dormiendo pelluntur, sentiri solet: unde plus justo solent homines iis, quæ hac Obligatione præcipiuntur, vacare. *Solentque cum nomine Obligationis.* (Putant nempe, Obligationem esse propter opus in Obligatione præscriptum; ita ut perinde sit, quoquo modo opus illud comparatur: cum igitur, quod Obligatione edendi, bibendi, animum recreandi &c. continetur opus, satis præstandum intelligant, etiamsi omnis Obligatio abesset (naturali enim cupiditate huc satis impelluntur) abesse non potest, quin videant hanc Obligationem, ut serò venientem & frustraneam. Lapsique omnes fere sunt in hoc præjudicium, quod Obligationem similem esse putent cupiditatibus suis (& referunt Obligationem plerumque ad cupiditatem ejus, qui nobis imposuit Obligationem, id est, Dei) cupiditatibus autem satisfactum est, quoquo modo comparatum, sit id, ad quod comparandum illæ instigabant: ut si sitienti potus suppeditatus sit, & avaro opes &c. quomodo id factum sit, jure an injuriâ, nihil pertinet ad ipsam sitim vel avaritiam: sunt quidem sitibundi & avari, qui non magno scelere aut sitim, aut avaritiam suam expleri velint; sed hoc ad alios eorum

re, bibere, dormire: <sup>3</sup> & hæc omnia mo-  
 dera-

eorum cupiditates pertinet, ipsius sitis aut avaritia,  
 non interest, quæ tantum porum aut opes spectat.  
 Sic ergo etiam homines de Obligatione (cum præ-  
 fertim eam ad Dei cupiditatem perversissimè refe-  
 runt) cogitare ceperunt satis esse si opus fiat: pro-  
 inde si aliunde faciendum sit, frustra esse Obliga-  
 tionem, quæ jubet facere: Pessimè; Deus enim &  
 ratio non indigent operibus nostris: imo nec ul-  
 lum opus nobis proprie injungunt, opus enim ip-  
 sum sicut extra potestatem nostram est, sic etiam  
 extra Obligationem, opus spectat ad eventum, qui  
 nunquam sub præcepto est. Est igitur Deus solo  
 animo nostro & proposito contentus. Sed & hoc  
 etiam petit, hoc præcipit ita, ut minime satis sit,  
 si opus ipsum fiat, ad quod Obligatio digitum in-  
 tendere videbarur, si non fiat proposito obediendi  
 Divinæ legi. Nihil ergo est in opere: potest hoc  
 abesse, cum tu equidem bonus es (cum scilicet pro-  
 positum tuum faciendi, quod Obligatione aliquâ  
 continebatur, frustratur eventu) & potest adesse  
 cum tu equidem malus es (cum scilicet opus præstas,  
 sine proposito legem Divinam exequendi.) Jubent  
 ergo hæc Obligationes non simpliciter opus illud  
 præstari, sed etiam habere propositum illud præ-  
 standi, quia Deus jussit.) Solentque cum nomine  
 Obligationis proponitur, in risum effundi: sentiunt  
 nempe satis se, & plus quam satis saginæ sui corporis  
 intentos & deditos esse; sed nempe sciant illi, cum  
 ita vacant rei, quæ hac Obligatione præscribitur, se  
 ipsi Obligationi non vacare; Et exequi quidem, quod  
 Deus mandat, mandatum vero ipsum negligere: non  
 enim vi mandati trahuntur, sed cupiditate suâ ad fa-  
 ciendum id, quod mandato continetur.

<sup>3</sup> *Hæc omnia moderari.*] Moderationem illam præ-  
 scribunt Medici, ubi diæta tractant. Hippocrates  
 sum

derari : famem, sitim, somnum præstolari,  
non accersire, non luxu ante-capere ; ubi  
occuparunt, iis quæ in promptu sunt, pro-  
fligare : Nam hæc ipsa, quæ ad producen-  
dum vitæ filum à Natura destinata sunt,  
id cito, si intempestiva aut immoderata  
fuerint, abrumpunt : & merito dictum est,  
*Plures occidit gula, quam gladius.* Huc  
etiam spectat Obligatio cavendi mihi à  
manifestis vitæ periculis, & remedia ad-  
hibendi, ac aliorum etiam opem implo-  
randi, + mendicandi, si fortè in aquam,  
in latrones, in morbum, in egestatem, &  
id

cum reliquiis famis à mensâ surgendum esse præci-  
pit ; sic & cum reliquiis sitis desinendum est bibere,  
& cum reliquiis somniculositatis desinendum est,  
dormire, seu surgendum è lecto : facile enim postea  
sentimus opus nobis non fuisse longiore cibatione,  
potatione aut somno : ut qui deinceps post parvam  
temporis moram interjectam, non esuriamus amplius,  
nec sitiamus, nec in somnum propensi simus. Quam-  
diu enim non tantum sunt reliquiæ famis, sitis, som-  
niculositatis, sed adhuc bona pars istarum rerum, re-  
stat ; tamdiu edendum, bibendum & dormiendum est.

4 *Mendicandi.*] Multi hic errant, qui vulgo hone-  
sti & probi audiunt : nam ad incitas redacti mendica-  
re tamen nolunt : dictitantes se nimis honestos esse,  
nec posse præ pudore & verecundiâ conditionem  
suam manifestare iis, qui stipem aut opem aliquam  
conferre possent : non est illa honestas (quicquid  
prætexant) sed turpitude, quæ contra Dei mandatum  
nititur, & decorem aliquem civilem præfert Divinæ  
legi

id genus alia vitæ discrimina præcipitavero: Hæc enim & similia, ad quæ Obligationes illæ digitorum intendunt, si exequi præfractè nolo, me ipsum occido; quod è diametro pugnat cum secunda Obligatione.

2. <sup>s</sup> Huc etiam spectat Obligatio generandi: Sicut enim Deum me unum hominem hîc manere jussit, sic & genus humanum

legi jussit enim Deus vivere, adeoque & edere; quod ubi per labores & studia non licet, ostiatim etiam petendum est. Dura quidem Obligatio iis qui se fronte tantum & hominum moribus metiuntur; subeunda tamen nonnunquam iis, qui legem Dei se ipsis potiore ducunt.

*s Huc etiam spectat Obligatio generandi.]* Imo Obligatio generandi huc non spectat, sed spectat ad politicam: duæ enim sunt partes Ethicæ, Monarchica & Politica: in Monarchica hic versamur, & ea docet, quomodo homo abstractim etiam ab aliis hominibus consideratus gerere se debeat. Politica vero docet, quomodo homo cum aliis se gerere debeat hominibus: hujus pars quædam est Oeconomica, ad quam proprie pertinet Obligatio generandi. Interim quia Obligatio generandi summam habet analogiam cum Obligatione hac tertia (utraque enim refectio-nem aliquam spectat ac alimentationem; jam vero edere, quo hæc tertia Obligatio spectat, est se nutrire ac reficere, generare vero est humanum genus nutrire ac reficere, & sicut nutritione propriè dictâ parti, quæ defluxit aliam supponimus partem, sic generatione homini, qui morte sublatus est, alium supponimus hominem) hinc itaque aliquid de generatione non adeo male interpositum est.

mantum hîc manere iussit : & sicut edere debeo, ut ego hîc maneam, sic & aliqui generare debent, ut genus humanum hîc maneat: edere enim est se nutrire ac reficere; generare verò est speciem suam nutrire & sustentare. Sicut autem corpus nostrum, non tantùm nutrire debemus, quo perduret, sed augere etiam, quo functionibus illis, ad quas à natura destinatum est, sufficiat: ita genus humanum non tantùm instaurare generando, sed & multiplicare nobis incumbit. Ab hac autem Obligatione generandi eximuntur subindè, qui egregiè probi ac docti, alios etiam probitate morum ac doctrinâ facillè possunt ad virtutem informare: Sicut enim modicâ cibi ac potus abstinentiâ, pravi humores concoquuntur & subiguntur in corpore; tum verò vel in bonos corriguntur, vel melioribus superantibus, eo mandatur, ubi corpori molestiam & periculum creare non possunt: Sic etiam hac generis humani quasi abstinentiâ, vastum illud corpus, quod toto orbe dispersum est, in præcipuis suis membris ad Sapientiam & Virtutem excolitur: atque adeò ipsum totum quodammodo magis pulchrum, sanum & vegetum redditur: Cæteri qui tantum æris in censum non deferunt,

ferunt, qui non tantum moribus & doctrinâ valent, ad proletarios plerumque referendi: proli generandæ & educandæ vacare debent: major pars orbis adhuc incolis caret; Non tamen aut hos omnes generationi addicam, aut illos omnes generatione interdicam: Omnia verò hîc depromere, nec possum, nec debeo; Hoc confirmo, eos qui sui commodi, aut licentiæ, aut honoris, aut admirationis apud plebeculam gratiâ, cælibem vitam agunt, Dei mandato contravenire.

3. <sup>6</sup> Verum enim verò, ne offendam hîc alicubi, ne fortè labar, cautio est: Cavendum, inquam, magnopere est mihi, ne dum huic tertia Obligatione vaco, <sup>7</sup> obliviscar priorum Obligationum, in quibus hæc fundatur: ne ita superiorem hanc contignationem ornem & onerem, ut inferiores illæ fatiscant, & hac in illas illisâ, tota in se corruat & concidat compages. Et imprimis memor esse debeo (quod

<sup>6</sup> *Verum enim vero.*] Cohærent hæc proxime cum N. Primo, sed quia ampla parenthesis intercedit toto N. Secundo, hinc illud *verum enim vero*, quod commodè post excursum tanquam admonitio, ut in viam revertamur, unde digressi eramus subjicitur.

<sup>7</sup> *Obliviscar priorum Obligationum.*] Id est, ne ita vacem refectioni corporis, ut vivam, & ideo me vivere, quia Deus jussit ut viverem; Breviter, Edam ut vivam, non vivam ut edam.

(quod <sup>8</sup> hujus ædificii fundamentum est )  
me dereliquisse me , me Deo totum man-  
cipasse me : Ex quo sequitur , studiosè  
quidem me & sedulò hanc tertiam Obliga-  
tionem exequi debere ; <sup>9</sup> sed sine sollici-  
tudine , anxietate , curâ , saltem quam ipse  
vel accersam vel alam : <sup>10</sup> nam si quæ in-  
dicat

K

dicat

<sup>8</sup> *Hujus ædificii fundamentum est.*] Virtutis ædifi-  
cium innuitur , humilitati seu tui ipsius derelictioni  
inædificatum : edens ergo non mihi edam (dereliqui  
enim me) edam igitur ut vivam, nec hic tamen stabo,  
ne fortè me hic iterum, quem tam feliciter perdidit, re-  
periam : vivam igitur quia Deus jussit , & sic me ipse  
semper præteribo , & ad Deum toto animo ac mente  
contendam.

<sup>9</sup> *Sine Sollicitudine.*] Hoc enim argueret me causâ  
mei hanc Obligationem exequi : si enim sollicitus  
sim , ut habeam unde vescar , jam non Obligatio, seu  
lex Dei, quæ vesci jubet, causa est vescendi , sed dul-  
cedo vitæ , aut tale quid aliud , quod ad me ipse refe-  
ro : nam si Obligatio mea mihi causa vescendi foret ,  
angi non deberem , cum quo vescerer , non suppete-  
ret : quandoquidem nemo teneatur ad impossibile ,  
quod commune adagium est : cogitare itaque debe-  
rem, hanc tantum intercidere Obligationem, hujusq;  
loco aliam surgere Obligationem scil. moriendi ; non  
interest autem ejus , qui solâ Obligatione ducitur ( &  
hac solâ duci oportet, si boni erimus) huic Obligationi  
vacet an illi : sicut bonus servus, qui forte lectum ster-  
nere jussus est , nihil suâ referre putat , si interpellatus  
aliud quid jubeatur exequi , V. G. nuncium alicu-  
bi deferre : movetur bonus servus solâ heri sui vo-  
luntate & jussis.

<sup>10</sup> *Nam si quæ incidat.*] Passiones non sunt in  
nostra

eidat (homo enim sum) eam, tantum  
 quod mearum est partium satagens, alio  
 rumque omnium incuriosus, negligens  
 potero & nullo numero habere: Scio enim  
 non eo me, quo non timendum esse de-  
 monstravero, impetraturum à me ne  
 meam: suadere hinc aliquid possum; sæpe  
 non persuadeo: *Cur autem hic anxius  
 & sollicitus? Pro quo anxius & sollicitus  
 sum? Pro Deo? Nugæ: Pro me? Amisi jam  
 dudum me, non invenio me: 11 Pro meis*

nostra potestate (ut infra speciali tractatu de passio-  
 bus demonstrabitur) itaque sollicitudo, anxietas, timor  
 & similes passiones, quæ hominem concutere  
 solent, dum egestas, aliaque propinqua mortis peri-  
 cula imminet, spectant ad ordinem naturæ, & sunt  
 extra genus moris, neque virtuti neque vitio verten-  
 da; sed facere aut omittere aliquid ob illas passiones  
 (hoc est eas tanquam causas accersere atque alere)  
 omnino pertinet ad vitium. Cum igitur incidunt hæc  
 passiones, agere debemus, quod in textu dicitur: sa-  
 tagere, quod nostrarum est partium, exequi, quod  
 ratio jubet, aliorum omnium incuriosi esse, illas ipsas  
 passiones, quantum ad animi propositum attinet,  
 nullo numero ducere, seu cavere diligenter, ne nobis  
 præbeant agendi vel omitterendi causam, sed totum à  
 juris atque potestatis Rationi integrum reservemus.

11 *Pro meis?* ] Multi præposterè piè hic præ-  
 textum capiunt suæ inobedientiæ. Ego, quidem,  
 inquit, libenter morerer, ego Deo vocanti liben-  
 ter parerem, de me ipso non laboro, sed quid de uxore  
 meâ, quæ vidua erit? Quid de filiis, qui orphani?  
 Sed hi splendide mentiuntur, cum dicunt se non la-  
 borare de se: laborant enim de suis: Et suis supportant se



Multo minus : quia ubi non est Me, non est etiam Meus : Gravis annona ? Non est quod metuam : Cibus non suppetit ? aut suppetit quidem, sed corpori tabido non apponit ? In parvo est : jam enim vocare me Deus incipit : & hac Obligatione, cui hactenus vacaveram, intercidente, restat alia, cui mos gerendus est : nempe veniendum est ad appellantem me, ad vocantem me. Edi hactenus ut viverem, & vivere volui quia Deus jusserat ut hoc vellem ; jam cum edendo, cum vivendo obedire amplius ei non possum (quia sibi hoc pacto obediri à me amplius non vult) restat, ut id agam, quod nunc jubet : vocat me nunc è vivis, vocat me ad se : veniam igitur, & nihil mihi longius erit, quam ut veniam. <sup>12</sup> Quomodo me accipiet, non laboro, qui de me non laboro : <sup>13</sup> An protinus in aliud corpus me refundet ?

K 2

det ?

se : itaque de se maximè laborant illi, & ut dixi, prætextus tantum hic quaritur : cur enim non laborant de vidua & pupillis alterius moribundi ? Nisi quod hic se non invenient, quem alibi invenerant & amabant.

<sup>12</sup> Quomodo me accipiet non laboro. ] Hic taxatur secundus prætextus illorum præposterè piorum, seu sollicitorum : nempe ego libenter venirem ad Deum è vita me vocantem ; sed obstant peccata mea, & magnopere vellem jam ante per pœnitentiam ista diluere : si enim dereliquisti te (ut debebas) quid sollicitus es quomodo accipiaris.

<sup>13</sup> An protinus in aliud corpus me refundet ? ] Pythagora opinio inter Philosophica longe verisimillima

ma

det? <sup>14</sup> *An me exutum corpore retinebit apud se?* <sup>15</sup> *An accipiet me, ut ego malus sum?*

<sup>16</sup> *An ignoscet mihi, ut ipse bonus est?* <sup>17</sup> *An hæc duo ineffabili modo conjunget* (multa enim,

ma, nos scil. cum morimur, in aliud corpus transfundi; sed opinio tantum atque suspicio; nulla scientia, cum altum hic sit rationis silentium; Et sola Dei revelatio in verbo scripto, quo nobis hic aliquid dicat; quia vero opinio est, hinc etiam Philosopho indigna: nam *putare* (seu opinari, opiniones concipere & fovere) *non est Sapientis* (non est sopheri seu Philosophi ut habet tritum sermone proverbium. Opiniones ergo tales, suspensiones, somnia (etiamsi forte vera essent, quia tamen nos de veritate illà certi esse non possumus) abjicienda sunt Philosopho, & vulgo, quod his maxime delectatur & prurit, relinquenda.

<sup>14</sup> *An me exutum corpore retinebit apud se?* ] Ut Christiani fere: nam saltem ad tempus aliquod exuti corpore remanebimus apud Deum, donec illud, resurgendo rursus assumamus; sic habent sacra nostra.

<sup>15</sup> *An accipiet me, ut ego malus sum?* ] Abjectorum & miellorum istorum homunciorum insani taxatur, quia sua tantum scelera intuentes, & nullam Divinæ miserationis ducentes rationem, desperabundè nonnunquam se ipsos perimunt, ad scelera ultimum gravissimumque scelus addentes.

<sup>16</sup> *An ignoscet mihi ut ipse bonus est?* ] Stolidorum istorum, qui omnia ad Dei Bonitatem & misericordiam referentes, Dei Justitiam ejurant, notatur temeritas.

<sup>17</sup> *An hæc duo ineffabili modo conjunget?* ] Christianorum sententia, nam in Christo accipiet nos ut mali sumus, dum ipsi peccata nostra imponit (hic enim agnus est, qui tollit peccata mundi) & ignoscit nobis ut ipse bonus est, dum lytrum jam perfolutum non reposcit à nobis amplius.

nim, <sup>18</sup> quod inspiciendo me didici, sunt  
 ejus in me reconditæ & ineffabilis sapientiæ  
 monumenta) & pietati simul ac justitiæ suæ  
 satisfaciet? Divinare aliquid possum, si cu-  
 riosè quæram; sed tamen quærere tantisper  
 differo, nescire affecto: Occupatus sum meis  
 Obligationibus, sum in officio, in negotio to-  
 tus, necdum vacat mihi ad alia. Quæram  
 primùm, quid mihi Herus meus injunxerit;  
 tum si quid otii ab officio superet, in illa scru-  
 tanda conferam: imò tum demum scrutabor  
 ea, cum id Herum meum velle resciero: ha-  
 tenus equidem ad Herum meum pertinere il-  
 la; cæterum mea nihil interesse videbantur.  
 Igitur rigide (& sic de beo) insistendo Obliga-  
 tionibus meis (nam nihil meum est præter il-  
 las)

K 3

<sup>18</sup> Quod inspiciendo me didici.] Inspiciendo me di-  
 didici totam meam humanam conditionem, quoad na-  
 tivitatem, vitam & mortem, ineffabile sapientiæ Dei  
 monumentum esse: scimus esse; nescimus, imo sci-  
 mus nos nescire debere, quomodo sit: hoc proprie  
 ineffabile dicimus (ut infra Tract. 2. ubi de Pietate  
 dicetur, manifestum evadet) quod esse scimus quo-  
 modo sit, nescimus, scimusque hoc tantum scire nos  
 non posse. Ducitur ergo inde bonum dubitandi argu-  
 mentum: Deus ineffabilis est in me corpore jungen-  
 do; quid scio, an non æque ineffabiliter justitiam  
 atque misericordiam suam in me puniendo, mihi que  
 condonando conjunget? Et certe Christum sacris  
 suis testantur ipsum ita conjungere & punire me qui-  
 dem in Christo, condonare autem mihi propter Chri-  
 stum: imo forte aliquid scire possum, si studiosè  
 quæram.

*las) nullam mihi, vel cogitatione fingere possum timoris aut sollicitudinis ansam: <sup>19</sup> quoquo me vertam, omnia jubent me sine cura esse: omnia jubent me bone animo esse.*

4. Nunc ad quartam Obligationem properemus. Ante tamen subsiste paululum, Philarethe: sine tibi scrupulum aliquem eximam: stimularet te fortè post hac & pungeret; Propositum autem mihi est, omni studio cavere & providere, ne quid te in hac regia ad Virtutem via temoretur. Secundam Obligationem (meministi enim) in eo fundavi totam, quod exire hinc pro arbitrio nostro non possumus, non mori nos cum volumus, nihil nos hac in re valere: adeoque nihil valentibus, nihil etiam attentandum; quodcumque hic negotii est, Deo committendum esse, qui solus potens, solus vitæ necis

<sup>19</sup> *Quoquo me vertam, omnia jubent me sine cura esse.] Nam quoquo me vertam, extra meas Obligationes non eo; quamdiu autem in Obligationibus versor, nullus sollicitudini relictus est locus: nihil enim aliud obvenire mihi potest intra Obligationis mea stanti, quam quod loco unius Obligationis qua intercidit, nascatur mihi alia. Hic vero quid mali est? Una Obligatio non est melior pejorve alterâ ei qui tantum Obligationem quaerit; tales autem omnes esse debemus, si boni esse volumus.*

necisque dominus est. 2<sup>o</sup> At verò ad edendum, ad bibendum, aliaque, quæ tertiæ Obligationis sunt, officia exequendum, nihilo plus valemus: Motus enim hîc adhibendus, in quo nihil nobis est juris: nulli eum imprimere corpori, in nullo corpore suppressere eum possumus: quod & secunda Obligatio supponit, & nostrum inspectio nos abundè docuit. Quin igitur, Philarethe, hanc tertiam Obligationem rescindimus? Ad edendum, ad bibendum

K 4 nihil

2<sup>o</sup> At vero ad edendum.] Objectio quæ hic movetur, in eo sita est, quod fundamentum Ethices hoc posuerimus: *Ubi nihil vales, nihil velis*. In quo duas præcedentes Obligationes satis validè firmavimus: Sed hæc tertia Obligatio non videtur satis tuto in illo fundamento recumbere: fundamentum enim illud tantum facit ad negativè se habendum (quod ad duas præcedentes Obligationes satis esse videbatur: illæ enim præceptis negativis continentur, scil. *veni cum Deus vocat*, id est, dissolutionem naturæ non ægrè feras, non reluctare, ratio bona, quia hic nihil vales: item secunda Obligatio: *mane donec evocaris*, id est, noli aliquid attentare circa dissolutionem naturæ, seu conditionis tuæ humanæ, ratio bona, quia nihil hic vales) jam vero hæc tertia Obligatio penitus positiva est, scil. *Ede, Bibe, &c.* cui satisfacere mere negativè nos habendo non possumus: non enim si finas omnia ut sunt, edes atque bibes: sicut tamen omnia sinendo abibis hinc, aut manebis nisi enim velimus edere atque bibere, non succedit corporis nostri refectio; hic igitur injungitur nobis aliquid plus, quod merâ nostrâ permissione expediri non potest. R. Verum est,

nihil valemus? <sup>2</sup> Nihil interponamus nos  
 Manus non excurrat in cibum, onerata  
 jam prædâ suâ non revocemus ad os, non  
 dentes interjectis frustis inter se commi-  
 tamus, quæ dentes subigere, lingua non  
 man-

est, requiritur hic à nobis servitus Dei, assensus, ap-  
 probatio, imo cooperatio, cum enim Ratione ducti  
 pervenerimus ad secundam Obligationem, videamus  
 que ei parere nos non posse, nisi aliquid contribuamus  
 de nostro (non enim hic manebimus, nisi ede-  
 mus, & non edemus, nisi velimus edere) intelligi-  
 mus illud contribuendum à nobis esse; quod quidem  
 de se nullam vim proportionemque habet ad nos hic  
 detinendum; sed tantum eo instituto arbitraturque  
 ejus, qui serviri hoc pacto sibi à nobis vult: nec e-  
 nim si voluerimus edere, ex naturâ rei sequetur aut  
 ipse ille motus, in quo edendi consistit actio: nec si  
 is etiam secutus fuerit, necesse est ut sequatur nostra  
 hic permansio. Vult igitur Deus nos hoc velle (ede-  
 re & bibere) vultque cum hoc voluerimus, motum il-  
 lum suppeditare, qui manducatio vocatur, & ex hac  
 refectionem, & denique etiam ex hac permansione  
 hic nostram deducit atque procurat. Hic igitur fun-  
 dum est Ethices fundamentum: *Deum sequi, Deum*  
*servi*, eò enim tandem veniendum est ut vidimus  
 nec mere negativè nos habendo expediri morale illud  
 negotium totum potest. Dei autem servos essentia-  
 liter nos esse demonstrabimus infra, ubi de ad mini-  
 culo humilitatis.

<sup>2</sup> *Nihil interponamus nos.* Videtur enim hic mi-  
 litare axioma nostrum, *ubi nihil valet, ibi nihil velle.*  
 Sed respondemus, Deum aliquando velle, ut ibi volun-  
 tas nostra aliquid valeat, ubi de se nihil valere pote-  
 rat; tunc vero etiam velle debemus: V. G. in hoc  
 casu

mandet gulæ. Equidem accepimus quosdam patrum memoriâ hoc insanix genere correptos fuisse : qui in arbores & tecta scanderent , ibidemque perdidit & pernoctes , negarent fas esse sibi , de corporis refectioe laborare : testati, se id negotium Deo integrum relinquere : pasceret ille si vellet ; sin minus, è vivis eriperet : <sup>22</sup> Stolidi ! miselli ! Ne longius abeam : tenetur scrupulus : excutiendus est eja ! sed , ut video , subtiliter. Deus injiciendo nobis secundam Obligationem , qua jubet hîc

K 5                    mane-

casu voluntas nostra de se nihil valet ad edendum , ex instituto Divino valet ( non constituit enim pascere nos Deus , nisi edere voluerimus : ita igitur volendum est ) sicut aurum de se nihil valet ad emendum necessario ; igitur quantum est de se , abjiciendum est , velut res inutilis & molesta , accessit hominum auctoritas & institutum , quo pretium auro datum est , jam itaque non est abjiciendum , & jam valet ad emendum panem. Idem habet locum in voluntate nostrâ , quantum de se , abjicienda est , nihil valet ad edendum ; quantum est ex auctoritate Dei pondus ei & valorem dantis , valet & ad edendum adhibenda est.

<sup>22</sup> Stolidi ! ] Populariter hoc dicitur , sunt enim ad sensum , ad captum populi hi homines admodum stolidi : populus enim censet comedendum esse , quomodocunque , acti tantum dulcedine vitæ , famis atque sitis molestiâ & similibus suis passionibus : Et admodum ridiculum existimant hisce suis cogitationibus velle contravenire ; iidem vero , qui hic stolidi dicuntur

manere, <sup>23</sup> simul etiam jussit nos assentiri, acquiescere, approbare, & conferre quantum ex parte nostra possemus ad manendum: Ac proinde jussit nos velle (quid enim nos aliud conferre possumus?) eos motus, quos ad pascendum reficiendumque corpus necessarios esse voluit: Id ita esse, <sup>24</sup> experimento discimus: videmus enim motus illos non suppetere, nisi eos efficaciter velimus; iis vero non suppetentibus, migrare nos è corpore & non manere, ut tenebamur. Ratio igitur illa, quæ secundam Obligationem fundavit, non potest evertere tertiam, quam secunda secum necessario trahit: & sciendum utique hanc tertiam Obligationem,

ceu dicuntur, paulo post subtiles occultè dicuntur; sequitur enim mox subtiliter ejiciendum esse scrupulum: sunt igitur hi populariter stupidi; Philosophice verò, errant hi quidem, sed ante errant: estque error non ad defectum pertinens (ut populus æstimabat) sed ad excessum, proveniens nempe ex nimis acri adhesionem ad illud Ethicum: *Ubi nihil valet, ibi nihil valet.*

<sup>23</sup> *Simul etiam jussit nos assentiri.*] Hic aliquid importatur plus, quam ex Ethico illo *ubi nihil valet* &c. deduci possit: non enim mere negative in omnibus nos habere debemus; sed positive assentiri, ut ante annotavimus, nobis incumbit, & ex parte nostrâ cooperari ex modo, quo ibi dictum est.

<sup>24</sup> *Experimento discimus.*] Imo & conscientia: conscii enim nobis sumus, non suppetituros motus ad edendum necessarios, nisi eos efficaciter voluerimus; iis vero non suppetentibus &c. ut in Textu.



ceu superiorem contignationem, inædificatam esse secundæ, ceu inferiori contignationi; non autem proximè in hujus ædificii fundamentum quadrare: cui, si eam inædificare proximè volueris, fateor, corruet. Hoc breve dicam, Philarete: Ubi nos nihil posse videmus, nihil etiam debemus attentare: debemus (ut Scholæ loquuntur) habere nos *merè negative*; Nisi cum fortè Deus assentiri nos & coöperari vult; Hoc autem velle eum in refectione nostri corporis, docet nos, ut dictum est, experientia.

## Argumentum.

### §. 6. De Tertia Obligatione.

**T**ertia Obligatio de reficiendo corpore est: oritur ex secundâ: nam si non reficis, deficit; vetat autem hoc secunda. Hæc N. 1.

Excursus ad Obligationem generandi institutus propter analogiam cum tertiâ Obligatione. Hæc N. 2.

Sollicitudo præscripta ab executione hujus Obligationis: sollicitudo enim nullum habet locum in eo, qui tantum officium & Obligationes suas quærit: si enim

vacari Obligationi non potest, intercidit hoc ipso illa Obligatio, & eâ intercidente exsurgit alia, una autem atque alia Obligatio perinde gratæ sunt ei, qui tantum Obligationem quærit. Hæc N. 3.

Difficultas mota contra tertiam Obligationem ex illo Ethico, *ubi nihil vales &c.* Videmur enim etiam in corporis refectio-  
ne nihil valere. Responsum non satis esse in isto Ethico, *ubi nihil vales &c. Deo in-  
super assentiendum & cooperandum*, ubi id ipse iussit. Hæc N. 4.

### §. 7. Quarta Obligatio.

Quarta Obligatio proximè fundatur in Tertia : Hæc jubet me artem aliquam addiscere, vitæ conditionem & institutum aliquod amplecti, ac postquam amplexus sum, instituto illi ac muneri diligenter vacare : & , nec id oblatâ quavis mutandi  
ansâ

¶ *Nec id . . . . . nec tamen.* J Duo hæc contra-  
tia maxime cavenda sunt, scilicet ut nec abiciamus teme-  
rè institutum vitæ semel susceptum, nec etiam ni-  
mis pertinaciter ei adhareamus; solent enim esse in-  
opes & omnium rerum egeni, qui regulam hanc non  
bene servant, præsertim illi, qui contra superiorem  
partem peccant, seu qui institutum vitæ facile mu-  
tant: quos & tristitia ingens, quæ ex insolentia re-  
rum nasci solet, consequitur. Hinc sæpe fit, ut ho-  
mines

ansâ respuere, nec tamen si malè elegerim, quasi conditionem vitæ & vitam ipsam promiscuas habeam, mordicus retinere: Nisi enim hæc servavero, quo vescar, quo ve aëris injurias à me abarceam (quod secundæ Obligationis caput est) non suppetet.

2. Ea verò vitæ conditio captanda est, quæ ad corpus factum tectum conservandum sufficiat; Aliquid hîc ultra, quod voluptati vel pompæ sit, quærere, est se quærere, onus Ætnâ gravius, quod tam feliciter abjecerat & perdiderat Humilitas: Tantum igitur sit conditionis, quantum ad victum: & tantum victus, quantum ad vitam sufficit: vitæ denique tantum, quantum Deus dederit: <sup>2</sup> Atque ita semper cavendum, ne qua superior contignatio,

mines multis doctrinis exculti & ingeniosi, inopes sint & miseri, tristes, afflicti: cum enim habeant intelligentiam agilem & versatilem, quâ multis, variisque rebus sufficere possunt: facile eos tædium capit præsentis conditionis, & spes futuræ; sed obfirmandus contra animus est, & in certâ conditione, quam Deus dedit, acquiescendum, ponendumque ob oculos illud Belgicum nostrum adagium: Duodecim artes, tredecim damna, *twaelf ambachten / dertien ongelucken*. Expediit enim ferè pertinacem hic esse, & mordicus tenere suam conditionem, quam de unâ in aliam nimis leviter errare.

<sup>2</sup> Atque ita semper cavendum. ] In his omnibus Obligationibus justitiâ aliqua perspicitur, quæ & ab  
co,

tio, inferiore latior ampliorque vitium faciat, desciscat, dissolvatur, atque inferiores etiam usque ad ipsum Virtutis fundamentum contignationes, in eandem secum ruinam trahat.

3. Enim vero non tantum provincia, quæ mihi sufficiat, sed & cui ego sufficiam ac par sim, eligenda est: nec committere debeo, ut incuriâ ac temeritate meâ, velut tempestate ad quamcumque vitæ conditionem delatus, in illâ tanquam in scopulo

eo quod nimis, & ab eo, quod minus est, summo per se sibi caver: quia igitur vivendum est propter legem Dei, hinc debemus velle vivere quantum Deus iussit, non plus (ut illi qui peccant contra primam Obligationem, & Deo vocante nolunt redire) non minus (ut illi, qui peccant contra secundam Obligationem, & se ipsos interimendo quantum est ex parte sua, ante veniunt, quam vocentur) sic etiam quia edendum est ut vivatur, Justitia iterum occurrit, & jubet non plus non minus edere, quam ad vivendum sufficiat: item quia conditio quærenda est, ut edatur, Justitia jubet nec majorem, nec minorem conditionem, quam ad id requiratur, affectare. Qui plus hic minusve facit, pro libidine suâ facit, nam plus illud atque minus extra Obligationem recidit, adeoque spectat ad libidinem agentis seu obligati, qui plus minusve facit, quia placet, non vero quia lex jubet.

3 Non tantum provincia, quæ mihi sufficiat, sed & cui ego sufficiam ac par sim, eligenda est. ] Altera pars justitiæ in his Obligationibus servandæ hic aperitur: nam Num. 2, nequid nimis; hoc Num. 3, nequid minus.

pulo adhærescam : + Corpore bene robusto , ingenio obtuso , animo debili sum ? Inter fabros & bajulos merebo : Corpore ac ingenio debilis , animo festivus & hilaris , cauponem agam. Corpore ac animo imbecillus , ingenio aliquid valens , factör ero vel ludi magister : Mens sublimis est & perspicax ? Philosophabor , & alios ad sapientiam ac virtutem institutam : Ad hæc animus magnus , constans , inconcussus est ? Conferam me ad capeffendam Rempublicam. Nullam ex his provinciis præ alia suspiciam : illa mihi speciosissima videbitur , quam ductu Rationis occupabo , aut quomodocumque Deus dabit : omnes nervos intendam , ut illam exornem.

4. Et sedulò quidem hæc omnia tractabo ;<sup>5</sup> sed securè : memor me omnia agere  
ac

+ Corpore bene robusto.] In seligenda vitæ conditione observanda sunt potissimum robur corporis , ingenium & animus : Ex his enim judicandum est , cui conditioni maxime conveniamus , ut patet exemplis , quæ hic subjiciuntur.

5 Sed securè.] Sollicitudo maximè solet intervenire in hanc Obligationem , maxime enim solliciti sunt homines in comparandis illis mediis , quæ victum suppeditant , ( quæ media huic Obligationi omnia subjiciuntur , quæ & vitæ genus deligendum & in eo laborandum diligenter præcipit ) Alioqui etiam sollicitudo circa alias Obligationes versatur , sed per accidens fere , veluti dum solliciti sunt migraturi hinc ,  
tum

ac non agere, non quo mihi studeam,  
 6 sed quo Deo paream: Repulsam passus  
 sum? & officium, quod sola ratione per-  
 motus ambibam, competitori meo cessit?  
 quid tum? Deus iussit petere; non iussit

impe-  
 tum pro suis, quos hic relinquunt, tum pro se, quos  
 exuto corpore superfuturos sciunt, & quantum est  
 ex rei natura meritas, pœnas duros, re hic non be-  
 nê gestâ, intelligunt. Sollicitudo autem circa secun-  
 dam Obligationem propriè nulla est, nam illa finis  
 est, quem sibi homines præstituerent solent, jam autem  
 circa finem propriè nulla sollicitudo, sed circa media  
 dumtaxat, quæ ad finem adhibentur: circa tertiam  
 Obligationem pertinet) sed ut habeamus, & superat  
 unde edamus (quod propriè ad hanc quartam Obli-  
 gationem spectat.) Nota etiam duplicem esse solli-  
 citudinem, nempe sollicitudinem-*ut*, & sollicitudi-  
 nem-*ne*: sollicitudo-*ut* ea est, qua solliciti sumus *ut*  
 aliquid per media consequamur (talis est sollicitudo,  
 quæ versatur circa hanc Obligationem, ut nempe  
 suppetat unde vivamus.) Sollicitudo-*ne* ea est, quæ  
 versatur circa primam Obligationem, dum solliciti  
 sumus *ne* & nostri nobis hinc discedentibus, male  
 habeant, & nos ipsi alio appellentes vapulemus, ut  
 meriti sumus.

6 Sed quo Deo paream.] Hoc elidit omnem solli-  
 citudinem, impossibile enim est, & tamen sollicitus  
 sum: (intellige hoc quantum ad animi sententiam at-  
 tinet, nam quantum ad Passiones, solliciti etiam  
 tum esse possumus. Vide pag. 115. sub initium)  
 quia cum Obligationi alicui Divinæ vacare non pos-  
 sumus, nihil mali est, non nocet, non refert hoc quic-  
 quam; tantum inde sequitur, quod illâ Obligatione  
 expirante, vocandum sit alii Obligationi, cui æquè  
 honestè & probe vacatur, quam præcedenti vaca-  
 tum fuerat.

impetrare; Deo autem obedire volebam, cum ambire volebam; aliud nihil volebam: Provincia quidem obtigit mihi, quam petebam? sed actionem in ea administranda ac sententiæ meæ non perveniunt ad illum exitum, qui mihi propositus erat? quid refert? Deus exitum non injunxit mihi, sed propositum: hoc voluit juris mei esse; illum tam obligationi meæ subtrahit, quam potestati. Si ergo Deo parere vis, & (ut debes) hoc unum vis: quid est, anime mi, quod angaris?

## Argumentum.

### §. 7. De Quarta Obligatione.

Hæc obligatio hæc quatuor complectitur. 1. Electionem conditionis vitæ. 2. Vacationem in ista conditione. 3. Constantiam in istâ conditione. 4. Mutationem istius conditionis. Quantum ad electionem. Justitia servanda est, ut non major minorve conditio captetur, quam ad victum satis est (tota enim ratio hujus Obligationis pendet ab Obligatione tertiâ) atque hæc est prior pars justitiæ, quæ consistit in quadratione conditionis cum tertiâ Obligatione: altera pars consistit

ſiſtit in quadrarione conditionis cum perſonâ conditionem captante: ut & ingenio, & animo & corpori conveniens conditio eligatur.

Quantum ad vacationem, qua vacare vocationi noſtræ debemus, ea fere rejecta eſt in Obligationem quintam.

Quantum ad constantiam & mutationem: breve monitum, ut mutetur quantum fieri poteſt minime.

Appendix de vitanda ſollicitudine, quæ præſertim in eligenda conditione intervenit: lex enim propoſito contenta eſt: qui legem ſolam quærit, non eſt, cur anxius ſit: cum propoſitum ſemper ſit ad manum, nunquam longè quærendum.

§. 8. Quinta Obligatio.

Quinta Obligatio, quartæ inædificatur proximè: Illa præcipit, multa facere, multa pati, ut aut inſtitutum ſemel vitæ curſum, perpetuò & æquabiliter ſervem, aut mutem etiam aliquando, & iter, ſi opus eſt, aliò deflectam. Somno temperandum, abſtinendum luſu, ſudandum & algendum, exantlandi labores, devoranda tædia, antequam in arte vel disciplina

i Quinta Obligatio nihil habet obſcuri.



plina quapiam, cui nomen meum dedero, mediocrem progressum faciam: Quid si de fastigio Sapientiæ cogitem, ut pluribus profim? Duriora me manebunt, imò non dura jam, sed dira: aliorum me flagellabit censura, aliorum arrodet invidia, aliorum supprimet aut subruet etiam impotentia. Quod si Ratio me ad honores in Republica petendum adducat: competitors, susurriones, obtrectatores, ambitus, repulsa, inquietas, vigiliæ, ingratae multitudinis imperitia & sævitia: hæc omnia in me instituta, parata, intenta sunt. Rus me mittit Ratio, aut ad operas, tabernarios, cerdones mandat? Quotidianum me pensum & servitus exercebit, rei familiaris angustia constringet: contempui ero, aliis fastidium, aliis ludibrium debebo. Si denique ex præscripto Rationis conditionem meam deseruero, & ad aliam defecero: jam facienda mihi sunt illa, quorum sum insolens & ignarus: inter nova omnia ac recentia, quædam me implicabunt inopinata, quædam me repentina consternent: multis sermonem dabo, rudem me & veterem tyronem alii reprehendent, alii ridebunt. Hæc igitur omnia ferenda & concoquenda sunt: Deus imposuit, cui nos totos dedimus.

Argu-

## Argumentum.

## §. 8. De Quinta Obligatione.

**M**ulta ferre, multa facere: alioqui enim non possum vacare conditioni vitæ, ita ut frugifera sit, & victum mihi proferat.

Quatuor puncta expenduntur, in quibus difficultates subeundæ sunt: primo in conditione viri docti: (ibi studendum, ibi mille tædia devoranda, invidia & censure subeundæ) secundo in conditione magistratus: (ubi vigiliæ, curæ, & pro omnibus his ingratiæ populi & sævitia) tertio in conditione humili & abjectâ: (ubi contemptus, paupertas & rigidum atque quotidianum pensum) quarto in mutatione conditionis (ubi insolentia & inassuetudo turbant & terrent, & mentem mille anxietatibus affligunt) in hæc igitur omnia obfirmandus animus.

## §. 9. Sexta Obligatio.

**Q**uintæ Obligationis additamentum, continet legem remittendi subinde

animum,  
 1. Continet legem remittendi subinde animum. Quod ante

animum, ne is perpetuâ contentione frangatur: Gratiis subinde litandum est: ambulandum, vagandum: lusibus, jocis, amicorum fabulis & salibus indulgendum: epulandum, potandum, saltandum, & (ferè dixeram) desipiendum; <sup>2</sup> sed (ut ait ille) in loco: Retro subinde animus in hæc

ante circa Obligationem tertiam diximus, nempe illam ridiculam videri iis, qui veræ Ethicæ naturam ignorant id multo magis obtinet in hac Obligatione sexta: vix enim risui temperant, cum hanc à nobis Obligationem cæteris Obligationibus annumerari vident, sciunt nempe se suapte sponte vacare huic Obligationi, vel potius iis, quæ hac Obligatione continentur, non tantum satis, sed longe etiam plus, quam satis. Sed homines hi penitus ignorant Ethicæ naturam: nesciunt enim ad id nos obligari sæpe, ad quod etiam instinctu & cæco ductu passionum nostrarum abripimur, aliudque longe esse Obligationi operam dare, ac rebus, quæ Obligatione continentur. Sic aliud longe est, animum recreare, lusu, jocis, &c. quia Deus iussit, & non plus minusve quam iussit, aliud vero ludere & jocari, quia hoc gratum, quia hoc collibitum est, alterum probi viri, alterum puerilis & insani hominis est.

<sup>2</sup> Sed (ut ait ille) in loco. ] Nisi enim hoc suo loco & tempore fecerimus, eveniet facile ut quantum nos oblectando impeditenti, quod officium nostrum remorari poterat, excutimus, tantum, aut etiam plus infanix nobis injiciatur, quæ nos impediat in officio nostro ritè exequendo ( utpote ad quod sæpe existimatio aliqua & vulgi favor requiritur) victuque nobis comparando. Certè tam multum ex illâ infamia majoris accedere ad nos potest, quantum ex animi remissione delectationis & vigoris.

hæc ludicra recedat, ut deinde collectis viribus, & velut cursu concitatus, tanto fortiùs longiusque saltu se transmittat in seria: Contentior est arcus, quem postquam relaxatus fuerat, denuò contendimus. *Cum pueris Socrates ludere non erubescibat: & Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum: & Scipio, triumphale illud & militare corpus movit ad numeros:* Proba sunt hæc, & quæ deinceps usque ad finem Libri istius, Seneca subjungit; Hoc ægrè fero, malè materiatis ædibus (Tranquillitati Animi) malo fundamento (Philautiâ) subnixis, coronidem illam imponi: crede mihi, non ferunt; Nos illam coronidem domicilio, quod vitium non facit imponimus, domicilio facto tecto, cujus fundamentum est Deus: Tu relaxari vis, ut quod te turbabat, excutias: & hoc excutere, ne quid tranquillitati, aut potiùs Libertati tuæ, quam unice & tam impensè deperis, officiat: hic finis;

<sup>4</sup> Nos relaxari volumus, ut mox intendi possimus, & muneri nostro pares esse: muneri pares esse volumus, ut suppetat quo vescamur: vesci volumus, ut vivamus:

<sup>3</sup> *Tu relaxari vis.]* Ad Senecam hæc verba digeruntur.

<sup>4</sup> *Nos relaxari volumus.]* Ist hæc verba ponuntur in personâ boni viri, & nostram sententiam sequentis.

mus: vivere volumus, quia Deus voluit: non amplius id volumus, ubi ipsum id non amplius velle resciamus. Et ita quidem nos affectos esse, ad libertatem nostram facit; nos verò ad libertatem nostram illa non facimus: liberi erimus si ista faciamus; non si, ut liberi simus, ista faciamus: si enim ista fecerimus, ut liberi simus, hoc ipso non liberi, sed servi nostri erimus, nobis ipsi serviemus, quæ durissima est & deplorata servitus: quid est igitur propositum nobis, quo intueri, & quocursum nostrum dirigere debeamus? Deo obedire: hic finis noster est, hoc satis est.

2. Verum enim verò, quod ante inculcabam, totam hanc ad perpendiculum exigendam esse structuram, id jam iterum iterumque inculco: Nam si superiore aliquâ contignatione protuberante, totum Virtutis domicilium deforme sit & caducum: quantò erit hoc magis inconcinnum & indignum, si ampla nimis ac insana

6 coro-

*s Iterum iterumque inculco.*] Justitia hic iterum inculcatur, ut scil. non plus, non minus faciamus, quam finis ille requirat, in quem hæc Obligatio tendit: animus ergo recreandus est, ut officio nostro pares esse possimus, proinde nec plus, nec minus recreandus est, quam ad officii convenientem executionem necesse sit: si plus minusve à nobis fiat, non officii ac Obligationis ratio illa fuerit, quam habebimus, sed libidinis nostræ.

6 coronis, quæ ornatui esse debebat, sit oneri, & vasta sua ac velut ingrata mole subjectis ædibus, quibus suffulciri debet, ruinam minetur? Tantum igitur inter amicos (nam sic loqui solemus) desipendum est, quantum ad sapiendum satis est: tantum

6 Coronis.] Hæc Obligatio rectè coronidi assimulatur in ædificio: cum præcedentes Obligationes velut contignationes quædam fuerunt in hoc virtutis domicilio: est enim hæc sexta Obligatio ultima earum, quæ in secunda Obligatione fundantur. Ad hæc valde accidentaria est hæc Obligatio, nec per se, aut nomine suo à præcedentibus Obligationibus trahitur (sicut coronis in domo magis est ad ornatum, quam pro necessitate) tantum enim locum habet, quando aliis expediri negotium non potest: si quis enim in officio suo exequendo remoram non patitur à mæstitia, torpore, & similibus animi affectibus, aut patitur quidem, sed per se ipse facile perrumpat, negligat, & quasi sub pedibus conculcet, si quis, inquam, tanto animo est, nil opus est ei hæc sexta Obligatio, non incumbit ei animum recreare, ut qui per se satis firmus sit & constans. Priores autem Obligationes magis necessario & veluti suo nomine à se invicem trahuntur, velut edendum esse, si vivendum sit: Et conditionem quærendam, si edendum sit, & ferenda multa, si conditio tenenda sit, prorsus necessarium est: sed si ferenda sint multa, recreandum subinde esse animum non ita necessarium, cum fieri possit, ut is aliunde satis firmus & robustus sit ad ferendum, nec indigens refocillationis, quæ debilibus tantum & infirmis debetur. Et quod hic ita tangimus, rationem præbet subinde bonis hominibus, cur hæc Obligationem primâ fronte, & antequam rite examina- rint, minus probandam esse censeant.

tantum remittendus animus, quantum opus est ut contendere melius possit: tantum genio indulgendum, quantum par est, ut ille torpori, mœrori, cæterisque quæ in officio nos irretiebant, impedimentis per-rumpendis sufficiat: Aliquid ultra quære-re, rursus est se quære, & è Virtutis æ-dificio desilire: tanto periculosius, quanto jam in illud <sup>7</sup> ascendebamus altius.

3. <sup>8</sup> Sed jam dudum observat me Phi-laretus, videtur interpellare me velle: Quid, inquit, jam inter improbos & probos interest? si & hi genio indulgeant & isti, se pariter ludant, debacchentur, pergræcentur: Improborum hoc mihi videbatur, genio suo indulgere; proborum verò, genium suum de-fraudare. <sup>9</sup> Sæpe equidem, Philarete, L probi

<sup>7</sup> Ascendebamus altius.] Alluditur iterum ad in-stitutam jam sæpius comparisonem, nempe hæc sexta Obligatio coronis est in virtutis domicilio, oportet enim altè ascendisse & longè in virtute profecisse, qui ad hanc Obligationem pertingit, tantum enim hæc occurrit Obligatio, cum cæteras jam absolvi-mus, & quasi prætervesti sumus. Si ergo in hac sexta Obligatione lapsus sit, periculosus ille sanè, nam ex alto lapsus ille est.

<sup>8</sup> Sed jam dudum observat me Philaretus, videtur interpellare me velle.] Objectio est ex eo, quod hæc sexta Obligatio tollere videatur discrimen inter bo-nos & malos, sic scil. ut illos internoscere non pos-simus.

<sup>9</sup> Sæpe equidem.] Responsio facilis est ad obje-ctionem.

probi ac improbi paulum distant externis actionibus; animi sententiâ semper immanè distant: Improbi ex proposito indulgent genio; probi ex causa: improbi, quia lubet; probi, quia jubet Deus. <sup>10</sup> Et bene sensisti, Philarete, proborum hoc esse, genium suum defraudare: Dictum inopinatum & mirabile tibi imprimo: Dum genio suo indulget vir bonus, tum vel maximè genium suum defraudat: non enim indulget genio suo, quia hoc amat (potius hoc oderit) sed quia hoc debet; Atqui sicut qui medicum adit, pharmaci bibendi causâ, non id facit, quo Pharmaceutum bibat, sed quo sanus sit: item mercator

actionem illam nimis quam levem & popularem, quæ tamen quamplurimis in ore est. Respondetur itaque bonos differre ab improbis intentione, non vero tantopere actionibus externis, ut inficetus quidem ille versiculus, sed verus:

*Quicquid agunt homines, intentio judicat omnis.*  
<sup>10</sup> *Et bene sensisti.*] In actionibus attendendum esse ad finem ultimum admonetur, is enim speciem dat actioni seu effectui in genere moris, & rectè Aristoteles; qui furatur, ut habeat copiam uxoris alienæ, non fur, sed adulter est: sic etiam qui animum recreat, ut Deo pareat (quomodo autem hoc agendo Deo parere possimus, satis patet ex continuâ harum Obligationum catenâ) non recreationis suæ, sed Divinæ legis amator dicendus est, uno verbo, non recreare se, sed Deo parere dicendus est, cum proprie loquimur, ut cum merces projicit in mare mercator, non tam hoc agere, quam se salvare dicendus est.



tor in Indiam fortè navigans, qui subortâ tempestate, merces suas ejicit in mare, non id facit, quo eas ejiciat, sed quo salvus sit: Sic vir bonus, qui tantùm ideo indulget genio, ut Deo pareat ( alioqui non indulturus ) non genio suo indulgere, sed Deo parere, & genium suum ( ut elegans & verum hic adagium est ) defraudare dicendus est.

4. *Instare Philaretus, imo, ut video, expoſtulare mecum. Scita sunt iſta, ſubtilia, & Scholæ potius accommodata, quam vitæ. Sed dic, ſodes, quilibet jam bonus*  
L 2 *erit?*

[ *Instare Philaretus.* ] Cum objectio prima in eo potissimum, quod positâ sexta Obligatione, boni & mali inter se non differrent ( cui objectioni responsum est eos *formaliter* differre, seu quoad intentionem, quæ est velut forma actus moralis; etiam si *materialiter* sæpe non multum differant: *materialiter* quoad actiones & operationes præsertim externas, quæ sunt veluti materia ipsius actus moralis ) hæc vero altera objectio in eo potissimum versatur, ut ostendatur sextâ hac Obligatione positâ, discrimen esse sublatum penes quod nos ipsi inter bonos & malos distinguere possimus. Et huic secundæ objectioni respondetur tripliciter. Primo: non multum id referre, si nos bonos ac malos internoscere non possimus. Secundo, quod etiam hac sextâ Obligatione sublatâ, æquè difficilis futura nobis sit inter bonos & malos discretio. Tertio, denique quod etiam positâ hac sextâ Obligatione, aliquatenus tamen adhuc possumus inter bonos & malos internoscere, quia licet idem agant sæpe, aliter tamen hi, quam illi agunt.

erit? Cum enim cuticulam curare instituit, cum saltabit, cum ineptiet, Dei (nam Dei esse dicebas) præceptum obtendet. Quis Disciplinæ tuæ sectator probos iam & improbos, quos ita promiscuos habes & confundis, internoscet? Bona verba, Philarete, bona verba. Mali cum simulant virtutem, non sunt boni; sed eo peiores, quod simulent, & fucum faciant: divinas leges commensationibus & libidinibus suis prætexant: quid juvat prætexere? sub prætextu scelus est. <sup>12</sup> Sed ita larvatos internoscere non poterimus: quid nostra interest: num nos ipsi sic larvati simus, facile intelligimus, id nostra interest. <sup>13</sup> Enimvero, Philarete, si totam vivendi rationem, austeram, rigidam, sine ulla relaxatione contentam (quod nefas est) præscripserimus: putasne te jam melius probos inter ac improbos

<sup>12</sup> *Sedita larvatos.* ] Ecce prima pars responsionis hic incipit, nempe non referre, si internoscere non possimus bonos & malos, hoc satagendum esse, nos ipsi ut boni sumus. Unde qui tantopere solliciti bone sint an mali, quibuscum iis agendum est, ipsi plerumque non admodum boni sunt, officium tuum facile exequi poteris sine tali notitia.

<sup>13</sup> *Enimvero Philarete.* ] Ecce secunda pars responsionis, nempe sublatâ sextâ Obligatione non minus difficilem fore inter bonos & malos delectum: eò quod austeritatem & odium recreationis quam scientissime fingere.

probos internosciturum? falleris: felicius  
 hic simulant & dissimulant: inamœnam il-  
 lam fabulam, mæstâ facie, caperatâ fron-  
 te, fortibus oculis, districtâ in optimum  
 quemque censurâ, ad vinum saltant olim  
 & hodiè tot personati nebulones: Eidem  
 vino fortè succensi, per tegmen suum  
 translucent: nam rectè dictum est, *In vino*  
*veritas*: & non nisi vir bonus, qui nun-  
 quam non patet, hïc bene patet: solus  
 ille *ἀπίπτος* illud & decorum servat: non  
 facturus detrimentum (quod olim de Sci-  
 pione tripudiante Seneca dicit) etiamsi ab  
 hostibus suis spectaretur. <sup>14</sup> Quin secer-  
 ni, si opus est, boni à malis, & internosci,  
 etiam in his animi remissionibus & oble-  
 ctamentis facile possunt: quamvis enim  
 in his idem sæpe & mali & boni faciunt;  
 aliter tamen hi ac illi faciunt: boni, tam-  
 quam non facturi, nisi juberentur; mali,  
 tamquam facturi, etiamsi vetarentur: bo-  
 ni, tamquam aliud agentes; mali, tam-  
 quam id unum agentes: boni, tamquam  
 advenæ, & aliò properantes, mali, tam-  
 quam indigenæ, & mansuri: boni capiunt  
 voluptatem; mali captant: boni capiunt  
 L 3 volu-

<sup>14</sup> *Quin secerni*] Ecce tertia pars responsionis,  
 nempe internoscere posse nos inter bonos & malos,  
 etiamsi enim idem agant, aliter tamen agunt,

voluptatem ; mali voluptate capiuntur : Putas hæc omnia dissimulari posse , Philarete ? nihil horum ad oculos , ad os , ad manus , ad totius corporis ambitum manare.

§. Atque hæc sunt leges , quæ hinc abeuntem me , & hinc versantem dirigunt : præscribunt moriendi mihi vivendique normam : Nam exitus meus seu mors in duabus prioribus Legibus directè versatur ( 1. *Cum vocor , exire non gravatè* : 2. *Nisi vocor , non exire omnino* ) Conversatio mea seu vita versatur in tribus vel quatuor reliquis legibus ( 3. *Corpus reficere* : 4. *Vita institutum aliquod sequi* : 5. *Multa hic ferre , multa facere* : 6. *Inter cætera , animum subinde relaxare.* )<sup>15</sup>

<sup>1</sup> §. 10. Septima Obligatio.

Quærendum restat , num ab Humilitate etiam Lex aliqua manat , quæ versatur

<sup>15</sup> Sextæ Obligationis Argumentum est hic numerus quintus.

<sup>1</sup> Septima Obligatio tum hic , tum in quinta præcedenti §. insinuatur divisio Obligationum , ut quædam circa mortem ( quales sunt duæ primæ Obligationes ) quædam circa vitam ( quales sunt tertia , quarta , quinta & sexta ) quædam circa nativitatem ( qualis est hæc septima ) versentur ; omnis enim Obligatio hominis versatur circa huc venire , hic esse hinc abire breviter , circa *huc* , *hic* , *hinc* .

tur circa adventum meum in hunc Mundum, id est nativitatem meam (nasci enim mihi non est in lucem edi; sed corpore jungi, & intrare in hunc Mundum: in quo etiam eram, <sup>2</sup> cum matris utero inclusus eram) Estne igitur Lex aliqua Humilitatis, quæ circa nativitatem meam versatur? <sup>3</sup> Est sane: Ut scilicet illam boni con-

L. 4 fulam,

<sup>2</sup> *Cum matris utero inclusus eram.*] Ne forte putes embryonem, ut vocant, dum jam formatus est in utero matris, & partes principes, veluti cerebrum & cor, sortitus est (quod fit circiter die quarto decimo à conceptione, seu carnali conjunctione parentum) esse automa quoddam, quod instar bruti vel plantæ tantum vivat, sine conscientia & cognitione moveatur: ostendunt quamplurima nostra præjudicia, quæ ex eo hausimus, quam primum matris utero inclusi fuerimus, embryonem & tunc præditum esse cognitione, esseque verum hominem, animam rationalem & corpore constantem. Præjudicia nostra ex utero matris hausta, longum esset hic recensere, & ad Physicam, vel etiam inspectionem sui referre potest ista doctrina: itaque hæc aliquando dicemus suo loco. (Jam diximus illa in nostris de Peripateticorum Metaphysicâ sub initium, uti etiam in notis ad principia Nobiliss. Cartesii.)

<sup>3</sup> *Est sane.*] Lex, quæ circa nativitatem versatur, nativitate posterior est, nam, quæ ante nativitatem fuit (si quæ fuit, nam hoc jam in medio relinquendum est) ea non pertinet ad humanam conditionem, atque de iis etiam, quæ ante nativitatem seu incorporationem nostram ad nos pertinuerunt, parum, aut potius omnino nihil per rationem liquet, in quo hæc

Obliga-

Iulam, ne illam detester umquam, ne de illa conquerar: Ne eo dementiae & impotentiae aliquando veniam, ut natum esse me, pæniteat me: Ne eos execrer, qui corpus meum generaverunt; multo minus eum (quod sine horrore cogitare non possum) qui me in corpus meum misit, & cum eo tam mirabiliter copulando me, + fecit ut metum esset: Ne cum insipientibus illis censeam; licet populo, quod aliter atque ipse, & splendidius insanierint, sapientes visi fuerint: *Optimum est non nasci: proximum huic, quamprimum ad mortem ire.* Quin imo optimum est, natum esse me: & ideo optimum, quia Optimus id voluit; Ad mortem autem ire me se-rius ocyus non interest: tunc optimum erit, cum ille Optimus, ire me voluerit.

2. 5 Est

Obligatio distinguitur ab Obligatione versante circa mortem, nam hæc omnis Obligatio morte prior est, quandoquidem cum morte expiret humana nostra conditio.

4 *Fecit ut meum esset.* Hæc lex seu septima Obligatio clare fundatur in fundamento Ethices: *nihil vales, nihil velis*, cum ergo circa nativitatem seu conjunctionem nostram cum corpore nihil omnino possimus, ut ex inspectione nostrum patebat N. 22. stultum & ineptum est aliquid aliud circa illam velle optare, quam factum sit.

2. <sup>s</sup> Est quidem miseriarum ingens pelagus, in quo hîc fluctuo: <sup>o</sup> de alia calamitate in aliam jactor, & sæpe de hac in illam relabor: Nam si inter continuas in hoc Mundo corporum collisiones, corpus meum (quod ex facili fit) alicubi lædatur: & vel ab æthere circumfuso terræ allidatur (cum cadere me dico) vel à concitatis minutiis & irruente corporum scobe contextus ejus dissolvatur (cum uri me dico) necessum est dolere me: Quod si pars ea quæ læditur, ad sensum vel motum com-

L. s. parata

<sup>s</sup> Est quidem miseriarum ingens pelagus. Objectione contra hanc Obligationem, nempe videmur merito conqueri de nativitate nostrâ, seu adventu in hunc mundum, cum inde factum sit, ut infinitis calamitatibus obnoxii simus.

6 De alia calamitate in aliam jactor.] Calamitates illæ vel sunt corporis vel animi, corporis calamitates in eo versantur, quod corpus nostrum tam facile cædi possit (mundus enim hic non est aliud, quam corpus in motu, ut in Physica demonstravimus) corpus autem nostrum pars quædam hujus mundi est, & à motu isto nunquam non concutitur, ex concussione illâ læsiones: ex læsionibus dolor, & sæpe instrumenti alicujus (oculi, puta, auris &c.) defectus: item ex collisione illâ corporum facile fit, ut pabulum aut spiraculum desit foco cordis: quo defectuposito, necessum est focum illum extinguere: extincto foco illo, solvimur à corpore, seu morimur (vide Physicam nostram de microcosmo part: ult: ) mors vero tum imminet, atque id sentimus, tum verò ineffabiles panè nos premunt angustia, ut moribundi omnes (id est, morbo laborantes) sciunt,

parata sit, illicò vel sensus me, vel motus, vel eorum rectus usus destituit: & oculo læsus, cæcus sum aut cæcutio: linguâ, balbus sum aut mutio: Si verò periculum sit, ne focus, qui in corde meo jugiter ardet, extinguatur (quod iterum facile, adempto ei vel pabulo vel spiraculo) jam cum morbo, id est imminente morte conflictor, animam ago, dirâ formidine concutior, incredibili mærore deficio, intolerabili premor & elidor angustia. *Hæc graviora sunt: Mens mihi ex inscitia laborat; animus ex malitia: Mens ignara, nam quæ scire debuerat & scire facile poterat, quærere contempsit: maluit aliena quædam, supervacanea, & quæ meâ non referunt indagare: hinc & mea pariter, & aliena nescio: in illa non inquirō, quid mirum*

7 *Hæc graviora sunt.*] Sequuntur jam calamitates animi, quæ duum generum sunt: consistunt enim in inscitia intellectus & malitia voluntatis: inscitia intellectus inde provenit, quod non incipiamus philosophari à cognitione nostrum; inde enim omnis veri cognitio tanquam à capite ducenda erat: malitia autem voluntatis, quæ menti etiam non nihil sanæ obedire renuit, habet causam non nihil obscuriorem; sed maxime videtur ex eo provenire, quod sensibus nostris ita distrahamur in vario: hinc enim fit, ut dictamen mentis quasi obliteretur, & inducatur. animusque non satis ad illud attendat. Sed de his clarius aliquid, ubi de Passionibus dicemus. Vide de his Annotata ad Cartesium, præsertim ad part. 1. §. 71.



mirum si ignoro ? hæc verò non nisi ex illis scire poteram : & quomodo alia sciam , qui me adhuc & meâ nescio ? Malus animus , sui amore percitus , omnia sibi rabi- dè appetit cum inexplebili cupiditate , omnia sibi subjicit , omnia sibi mancipat :  
<sup>8</sup> & ubi Deum ipsum servire sibi voluit , pietatem appellat : Divinas Leges , quas respiscens paululum , & valetudinem suam aliquatenus passa mens detexerat , quasque ipse amplexus etiam fuerat , & in se tam sanctè receperat , non servat : in eas juratus cum sit , audet tamen passim contra- venire , ne unum quidem diem ex illis agit : Hæc animi mei in proposito inconstantia , levitas , perfidia , tot indies & indies <sup>9</sup> experimentis tam mihi innotuit ,  
L 6 quam

<sup>8</sup> *Et ubi Deum ipsam servire sibi voluit.* ] Nihil vulgo usitatus , quam Deum propter sua commoda precari ; hoc vero , quid est aliud , quam velle ut Deus seruiat. Sane rogandus est Deus ( Tract. 4. ubi de pietate agitur videbimus ) ut facultates nobis suppetant , quibus vesci aut vivere possimus : sed non ibi sistendum est : non ut vescamur & vivamus propriè rogandus est , sed ut vescendo & vivendo faciamus quod ille jussit , qui jussit ut viverimus , ut hic maneremus donec nos solveret. Atque ita nunquam licet Deum rogare , nisi ut Obligationibus nostris , quas ille nobis imposuit , satisfaciamus. Hæc clarius Tract. 2.

<sup>9</sup> *Experimentis.* ] Nempe conscientia constat mihi animum meum non stare in proposito suo , quo  
tam

quam quod maximè : & ne hac quidem obtestatione tam seriâ redibit ad frugem : non redibit , quamdiu hîc morabor , conclamatum est : fidem , quam etiamnum interponit suam , nimis levant tot splendida , quibus me huc usque fefellit , mendacia.

3. <sup>10</sup> Cur hæ tot & tantæ in me conspirant calamitates ? <sup>11</sup> An alibi in Deum peccavi ; hîc verò in corpus , tamquam in ergastulum detrusus , quas merui pœnas pendo ? & inter alias hanc bene gravem , quod oblitus sim criminis , quod luo ? nam  
vapu-

tam sæpe proponit Deo servire & Obligationibus suis satisfacere. Omnia enim , quæ conscientia nota sunt , æque nota sunt , nam omnia illa in summo gradu nota sunt , id est , notissima. Ordo quidem aliquis est in iis , quæ conscientia manifesta sunt ; sed nulla claritas inajor in uno eorum , quam in alio. Vide Metaphysicam nostram primâ parte.

<sup>10</sup> *Cur hæ tot & tantæ in me conspirant calamitates.* ] Dictum est de calamitatibus nostris ; jam inquiritur in causas earum. Proponuntur autem tres : quarum prima Platoni , secunda Christianorum , & tertia Anonymi alicujus , quæ adscribatur licet ipsi auctori hujus libelli : proponuntur autem dubitanter hæ causæ : eo quod ad Ethicam non pertineat causas istas inquirere , cujus officium est , ubi nihil valet , nihil velle , & quod evitare non potest , æqui bonique consulere.

<sup>11</sup> *An alibi in Deum peccavi.* ] Ecce causa , quam adfert Plato , alibi peccavimus , inquit , hic pœnas luimus , & maximè eam , quod nesciamus peccatum , quod luimus.

vapulanti solatium aliquod est, scire cur  
vapulet: <sup>12</sup> An patrum, an avorum me-  
orum aliquis, an fortè primus homo pec-  
cavit? & infelicem illam hereditatem ad  
me aliosque suos posteros, quos in eadem  
charibdi laborare video, devolvit? <sup>13</sup> Jam  
enim experimento didicisse videor, sub-  
inde vitia quædam corporis, imò & animi  
& mentis, à parentibus in liberos diffundi  
& velut per manus tradi: <sup>14</sup> An non sunt  
hæ calamitates? nisi querulis & sui studio-  
sis; non vero iis, qui humiles sunt, qui se  
totos

<sup>12</sup> *An patrum, an Avorum meorum aliquis.*] Ecce  
Christianorum sententia, de qua quidem nihil am-  
bigimus an vera sit, sed tamen hic in Ethicâ dubitan-  
ter proponenda est, cum nullâ ratione naturali effica-  
citer probetur.

<sup>13</sup> *Jam enim experimento didicisse videor.*] Hic  
prærogativa sententiæ Christiano um, nempe expe-  
rientia Christianis suffragatur, experimur enim vitia  
parentum in filios etiam derivari, ut si pater temulen-  
tus sit, filium ei nasci, qui similiter ebrietati addi-  
ctus sit:

*Si damnosa senem juvat alia, ludit & heres*

*Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo:*

*Sic natura jubet.*

Nihil simile Platoni favet, qui quemque pro se pec-  
casse dicit, antequam in corporum ergastula, pænas  
dati, conjiceremur.

<sup>14</sup> *An non sunt hæ calamitates.*] Ecce tertiam re-  
sponsum, causam quidem non adferens, quam  
quæstio exposcit, sed quæstionem ipsam evertens:  
quæstionem enim fuerat: *Unde calamitates illæ?* Re-  
spondeo

totos Deo devoverunt? <sup>15</sup> nam ne ipsa  
quidem animi pravitas, & Divinæ Legis  
trans-

spondeo non esse calamitates, adeoque evertitur & deletur quaestio. Ratio hujus responsionis est, quod calamitas non sit aliud, quam quod contra animi sententiam accidit; jam vero si quis se ipsum deseruerit (ut Humilitas jubet) nihil in his omnibus, quae supra commemorata sunt, inveniet, quod contra animi sui sententiam accidere videbitur. Cum dico *contra animi sententiam*, non nego quin fieri possit contra sensus & passiones; ne vero cogites esse calamitatem, quod contra sensus & passiones fit, certum est nihil calamitatis loco à nobis haberi, nisi quod contra animi sententiam esse cæperit: unde & lassitudine & doloribus quibusdam corporis saepe delectamur potius quam offendimur, quamdiu contra animi sententiam non sunt, ut ut contra sensus & passiones.

<sup>15</sup> Nam ne ipsa quidem animi pravitas. ] Non ita mirum videtur, si cæteras calamitates expungamus, dicamusque eas in bonum, seu humilem virum non cadere. Sed vero hic quantum apparet, magna difficultas est, si nec malitiam quidem voluntatis, quam inter calamitates recensuimus ad miseriam aliquam ejus pertinere dicamus. Re tamen bene examinata non videtur ea pravitas calamitati vertenda viro bono: nunquam enim illam malam animi sui propensionem approbat, semper illam reprobat, & si quando ex illâ in peccatum prolapsus sit, retractat statim, & à se repellit quantum potest, animi penitentia, & feriâ detestatione. Sicuti ergo cum baculum fractum videmus, qui partim sub aquâ conditur, partim extat in aëre, is error quidem pueris imputatur, qui illi errori mente suâ acquiescunt, non vero viris, qui illum ratione retractant: sic etiam animi pravitas acquiescenti approbantique, non vero retractanti, ejuranti que imputanda est.

transgressio, calamitati aut vitio vertenda videtur iis, qui eam approbando & assentiendo nunquam fecerunt suam; sed animi penitentiâ & seriâ detestatione, quoties & quamprimum occupaverat, excuserunt; tum animi contentione quantâ poterant maximâ & proposito non delinquendi de cætero, à se quam longissime removerunt: <sup>6</sup> Nihildum inquirō: <sup>17</sup> hæc quæ perstrinxi, inciderant, ut quæ obviam erant, & sæpe audieram: Nihildum inquirō: quod inquisitionem illam hæctenus

33 ex

16 *Nihildum inquirō*] Sequitur vera responsio ad quæstionem primo propositam, quæ constanter & affirmanter ponitur, cum tres priores responsiones tantum dubitanter ponerentur: Interim hæc responsio e iam quæstionem ipsam expungit, sicut tertia præcedentium; sed tertia evertebat quæstionem, ostendendo falsum esse, quod supponere videbatur quæstio (quæstio enim supponebat esse calamitates aliquas viri boni, petebat enim, undenam essent calamitates? Responsio autem tertia negabat esse calamitates ullas in viro bono) Hæc vero responsio evertit quæstionem tanquam in Ethica peccantem: nihil enim nobis quærendum est, nisi quod ex principiis humilitatis præsertim ex sui despectione deducitur; atque ex despectione illâ non sequitur inquirendum esse, unde sint calamitates quædam in nobis: qui enim hoc quærit, videtur eas velle amoliri, hoc verò est se ipsum quærere, quem despectio amiserat & perdidit.

17 *Hæc quæ perstrinxi.*] Scil. tres priores responsiones dubitanter propositæ.

<sup>18</sup> ex Humilitatis uberibus emulgere non possim: Humilitas non jubet hîc quærere; sed utcumque sit, boni consulere. Bonum est, natum esse me vel sic: quia Deus nasci me voluit & sic: undecumque hoc fiat quod sic, non moror: tantum assentio voluntati ejus, & quia voluit me nasci, juvat me natum esse quomodocumque.

<sup>19</sup> Non sunt ergo inquirenda ista? Non, inquam, inquirenda sunt \* <sup>19</sup> hic: <sup>20</sup> Non etiam alibi? Alibi videbo: hîc nihil ad rem.

4. <sup>21</sup> At.

<sup>18</sup> Ex Humilitatis uberibus. ] Uber Humilitatis potissimum est sui despectus, sui neglectus & derelictio, quâ nos totos Deo relinquimus nullam nostrum agentes curam. Ex hoc ubere hactenus non sequitur inquirendum esse in causam calamitatum nostrarum; sint igitur calamitates (ut vulgò videntur) aut non sint (ut sapientioribus & Philosophis quibusdam visum est) & si sint calamitates, ab hac causa vel ab illa sint; parum refert, nihil sua interesse putat vir humilis: quoniam novit eas pertinere ad conditionem suam, perfert & concoquit, quicquid populo duriusculum videtur, æqui bonique consulit, quicquid inciderit.

<sup>19</sup> Non sunt ergo inquirenda ista. ] Id est, an non est inquirendum aliquando, undenam illæ calamitates in nos decumbant?

\* <sup>19</sup> Hic. ] Nempe in Ethicâ, ubi tantum illa deducimus, quæ lumen rationis naturalis suppeditat.

<sup>20</sup> Non etiam alibi? ] Id est, nonne inquirendum undenam illæ calamitates? [ imo ibi; atque hinc datur excursus ab Ethica ad Theologiam. ]

4. <sup>21</sup> Atque ita dictum de Obligatio-  
nibus illis, quibus me totum Deo ob-  
strinxi, iterumque obstringo: iterum illi  
me totum do, dico: me delatum huc  
<sup>22</sup> (probo quod detulerit) me abeuntem  
hinc <sup>23</sup> (abire volo, cum dicet; nolo,  
cum non dicet) <sup>24</sup> me agentem hinc (volo  
vivere, <sup>25</sup> quod iussit, volo laborare.)  
Si quid aliud adhuc Obligationis sit, quod  
mihi incumbat: cum hoc tam bene, quam  
illas meas Obligationes percepero, exe-  
quar etiam tam promptè. Alioqui <sup>26</sup> si  
quam mihi legem ferri sivero, quæ num à  
Deo

<sup>21</sup> *Atque ita dictum.]* Recapitulatio brevis om-  
nium Obligationum & propositorum, quæ inter Obli-  
gationes illas recognoscendum fecimus.

<sup>22</sup> *Probo quod detulerit.]* Digitus intenditur ad  
septimam Obligationem. Do itaque me nascentem  
Deo, hoc ipso, quo probo & acquiesco natiuitati  
meæ, neque aliquid aliud circa illam volo.

<sup>23</sup> *Abire volo.]* Digitus intenditur ad primam  
Obligationem: nempe do me morientem Deo: hoc  
ipso, quo acquiesco, non recuso mori.

<sup>24</sup> *Me agentem hic (volo vivere.)* Secunda Obli-  
gatio tangitur: nempe do me viventem Deo, quia  
acquiesco, & manere non recuso, donec me solvat.

<sup>25</sup> *Quod iussit, volo laborare.]* Tanguntur tertia,  
quarta, quinta & sexta Obligatio. Illæ enim omnes  
pertinent ad laborem, qui ad victum acquirendum, &  
hic manendum necessarius est.

<sup>26</sup> *Si quam mihi legem ferri sivero, quæ num à Deo  
lata sit nesciam.]* Adfertur hic ratio secundæ appen-  
dicis:

Deo lata sit nesciam ; suspicer tantum, ab eo latam esse, aut aliis id ipsum credam, vel libidinis meæ temeritate confingam : non Deo (quod unicè debebam) sed meis opinionibus, <sup>27</sup> meæ levitati, meæ stultitiæ parebo : non Deum ; sed, quod dicitur, lapidem è sepulcro pro Deo venerabor :

dicitis : nempe si Obligationem aliquam mihi assumpsero, quam ratio evidentem non facit, ergo Obligationi alicui parebo, sed credulitati ac levitati meæ, quod enim rationi non tenemus, id absolute non tenemus. Vide saturnalia nostra pag. 9, 10, 11. & alibi. Si ergo Obligatio quidem vera sit, quam mihi assumo, sed ego hanc per rationem non videam, eam esse veram Obligationem, eam vero mihi incumbere, hoc ipso non erit illa mea Obligatio proinde illi obediens non obedio propriè, sed levitati meæ, & opinioni, quam assumpsi illam. Sicut somnians, qui forte captat malum aureum sibi somno ablatum, non verè ipsum illum captat, sed inanem suam speciem & somnium: sic quandiu Obligationem aliquam arripimus non ratione ducti, sed opinione nostrâ, credulitate & fide, quam aliis hominibus adhibemus, non ipsi Obligationi vacamus, sed opinionibus & credulitati nostrâ.

<sup>27</sup> *Meæ levitati, meæ stultitiæ parebo.* ] Ecce alteram rationem secundæ Appendicis : nam prima ratio erat, si Obligationem aliquam assumam, ratio non imponit, non rationi, non Deo, non Obligationi vaco, sed meæ stultitiæ & opinioni. Secunda ratio erat (quod hic perhibetur) non esse opus per opiniones, suspiciones, credulitatem & fidem, quam aliis hominibus adhibemus, venari & expiscari Obligationes nostras, quandoquidem omnes eæ Obligationes satis clarè & manifestè nobis à Deo per rationem naturalem exhibeantur.



bor: me colam, & in me, quod mei tur-  
pissimum est, colam: mea commenta,  
meas nugas observabo, aut blandè scabam  
& fovebo eam, quam alii mihi per sum-  
mam injuriam affricuerunt scabiem. He-  
rus meus non mussitat, non insufurrat mi-  
hi ad aurem, ut hæere debeam aut dubi-  
tate num quid mandet & quid mandet;  
quod fieri à me vult, herilem in modum  
intonat: Audio satis, nisi cum ipse inter-  
dicta ejus, cupiditatum mearum crotalis  
& crepitaculis importuniùs strepo: Non  
inscius idiomatis mei, per interpre-  
tem: <sup>28</sup> non absens per internuntium a-  
git mecum; Si quando per alios officii  
mei monere me constituit, tesseram illis  
dat indubitata (Rationem) ut etiam  
tunc magis ille mecum, (neque enim hoc  
alienum ducit majestate suâ) quam hi lo-  
quantur: Servus inutilis & demens, qui  
relicto penso, id facere ingreditur, quod  
noctu somniaverat herum imperare: aut  
luce

<sup>28</sup> Non absens per internuntium agit mecum; se-  
quando &c.] Ne quis hinc & ex prædictis sequi exi-  
stimet, Deum nos per alios homines officii nostri non  
admonere, merito subjungitur hic, cum sane per a-  
lios nos admonere quam sæpissimè, id tamen quo-  
tiescunque facit, monitoribus illis atque doctoribus  
rationem in ore dat, quâ intelligamus legem, ad  
quam illi nos exequendam adhortantur, à se profe-  
ctam esse.

luce palam in foro saltat & tricatur; quia id herum velle, nugator aliquis dixerat: quod si adiri possit herus, si & imperaverit, neminem nisi se clarè jubentem audire, jam etiam nequam est ille servus & furcâ dignus.

§. II. Adminiculum Humilitatis.

**H**umilitatis adminiculum hoc erit summum: Si firmiter animum nostrum inducamus: Eorum quæ agimus, aut agere omittimus, ad Felicitatem nostram nihil; ad Obligationem omnia referre: Ita sustineamus animum & refrænemus, ita coërceamus eum intra gyrum suarum Obligationum, ut transilire & efferre se in desideria ac vota suæ gloriæ felicitatisque non possit. <sup>b</sup> Deseramus inauspicata hæc signa, quæ tanto apparatu, tanto consensu & concursu, tot studiorum consiliorumque impedimentis & sarcinis genus humanum sequitur: Quæritur dies noctes-

<sup>a</sup> Qui humilis est nihil quicquam propter suam felicitatem agit.

<sup>b</sup> Hoc si fecerimus, nunquam neque zelo neque invidia recalcitrabit: non amplius collum iugo subducet, non retrogradietur, non exorbitabit, cursum rationis apprime sequetur, hujus ducis vestigia premeus, cui soli se dare convenit.

noctesque Felicitas : hoc est Palladium  
illud, ad quod diripiendum contendunt :  
in hanc expeditionem magnis quidem, sed  
irritis votorum & conatum passibus eunt:  
Nec pudet \* illos tam turpis militiæ, aut  
potius servitutis : ultro & sine delectu, in  
his castris nomen suum profitentur cujus-  
cumque sortis & conditionis homines,  
vulgus pariter & Philosophi : publicum  
est auctoramentum, & in ore omnium :  
*Quod felix faustumque sit :* In hæc ver-  
ba jurant ; Sed nos ejuremus : Nunquam  
sub hoc sacramento expugata Felicitas  
fuit :

\* Nimirum non negant, sed in scholis hanc animi  
sui sententiam palam profitentur, docent id in eccle-  
siis & sacris suis ut putant coetibus, & ubique inter  
populum jugiter eam probrosam suam libidinem in-  
culcant.

[ *In hæc verba jurant :* ] In omni hominum ser-  
mone, sententiis, proverbiiis, circumferunt ubique cu-  
piditatem illam Beatitudinis & felicitatis suæ pro-  
pitiæ, semper in auspiciis rerum magni momenti hæc  
audias : *Quod felix faustumque sit*, item : *Quod bene  
vertat*. Istuc etiam faciunt salutationes, quibus invi-  
cem salvere jubent, ut hodie *Bona dies, Fausta nox*  
&c. quibus optant iis, quos amant, quod noverunt  
se ipsos maxime appetere, nempe felicitatem ; potius  
autem dicendum erat : *Nosce te ipsum, & consequen-  
ter, relinques te ipsum*, & quæ inde sequuntur, *Obli-  
gationes amplectere*. Quam salutationem quasi per  
nebulam olim agnovit Plato solam esse bonam & re-  
ctam. Vide hoc §. de inspectione sui.

fuit : <sup>2</sup> Imò non aliâ de causâ infelices omnes sunt & miseri , quam quod felices omnes & beati esse volunt. Umbra est Felicitas : fugit te , cum sequeris eam ; sequitur te , cum fugis eam ; Sed & fugientem te , ne non sequatur , cautio est : si enim ingenium Felicitatis edoctus , ideo fugeris eam ut te sequatur , non sequetur : nam sic fugere Felicitatem non est eam surgere , sed sequi. Nemo umquam Felicitatem assecutus est , qui ad illam assequendam aliquid fecit : ne is quidem , qui callidus fugit hanc Amazonem . ut Parthorum more invitaret ad sequendum , & fugiendo caperet insequentem , aut quod suavius fortè putat , caperetur. <sup>d</sup> mens verè humilis , submissa , imò submersa , & in Obligationes suas , quibus Divinæ Legi obstricta tenetur , absorpta : ultra pedes quibus

<sup>2</sup> Imo non aliâ de causa. ] Nimirum solida voluptas seu Beatitudo haberi non potest , nisi Obligationibus nostris satisfaciamus , id est ; *Cum nihil volumus , nihil velimus* : nam stultitia , & per consequens summa miseria est contra hæc incurrere ( ut per se notum est ) si ergo aliquis se ipsum curet , id est , ad suam felicitatem aliquid referat , necessum est , ut ab Obligationibus suis excidat , utpotè quæ omnes derivantur ex derelictione & incuria sui. Quod fundamentum plane evertit , qui felicitatem suam curat , nam is maximè se curat.

<sup>d</sup> Nemo invenit felicitatem , nisi is , qui non eam , sed officium suum quaerit.

quibus ad Felicitatem eat, ultra manus quibus eam prendaat, ultra pectus quo aspiret ad eam, ultra os quo invocet eam, ultra oculos quibus collineet in eam, ultra cerebrum quo vel per somnium de illa consequenda cogitet: Mens, inquam, tam alte Obligationum suarum aquis hausta, involuta, condita, sola capax est Felicitatis: illa se feliciter abscondit, & feliciter inventa est ab ea cui se tam diligenter absconderat Felicitate: illa sola feliciter fugit, & in id quod fugiebat, feliciter incidit.

2. Verum non eo hæc à me dicta sunt, quod putem viro bono felicitatem suam, pugnis & fustibus abigendam, & ni discesserit,

3. Quod putem viro bono felicitatem suam, pugnis & fustibus abigendam, & ni discesserit, conterendam & mactandam esse.] Mirum est, quam multi hic erraverint nimio quodam zelo abrepti, cum enim perspicerent (quod Ratio facile demonstrat nonnihil attento) propter commoda & voluptates nostras nihil agendum nobis esse, hoc in eum sensum acceperunt, quasi voluptates & commoda nostra fugere, ac positivè abarcere deberemus. Itaque sine causâ & jejunia sibi indixere, & flagra, & quæ similia præpostera pietas & superstitio excogitavit. Sed hoc minimè recta & sana Ratio suadet, quæ contemptu negativo nostro contempta est: confer quæ diximus de humilitate pag. 61. & 62. &c. Itaque quod postea concludetur, non est accersenda felicitas, sed nec arcenda, negativè nos

ferit, conterendam & mactandam esse. Immane illud est, truculentum, & imo impium: Deus bravium offert: tu si accipis? scelestissimus es; igitur & hoc bravio, quod solius insigne Virtutis est, indignus. Illud volui dicere, non aucupandam, non studio venandam esse Felicitatem: + & ne quidem venationi huic de industria supersedendum, ut nempe, cum aliud agere videmur, in casses nostros incidat incauta Felicitas: hæ enim tantummodo sunt artes venandi, & sic superfedere venationi, non est aliud quam peritè & callidè venari. *Fugere igitur felicitatem, quod ante dicebam, perinde mihi est, atque non aucupare.* Utar paulisper stylo Scholæ, si quis, quod illo scriptum est,

melius

nos hic habere debemus, & tantum vacare Obligationibus nostris; commoda, voluptates, solatia nostra in medio relinquere; cum adint, Deo gratias agere (ut Tract. secundo videbimus) cum absint, non requirere.

e Non debent in hoc venatu canes esse Avaritia nostra, neque Concupiscentia nostra, nostraque philautia.

4 *Et ne quidem venationi huic de industria supersedere.]* Taxantur iterum callidi illi voluptatum venatores, de quibus pag. 154. qui ideo fugiunt voluptatem, ut tanto majorem consequantur voluptatem: dilata enim voluptas, & ex improvise occupans, major esse solet; imo qui hic palato, nullam probant, nisi studio vel arte parata sit, voluptatem;

-- *Nocet emptæ dolore voluptas.*

melius intelligere se putet : <sup>f</sup> serpam tantisper ( non aliter constant hæc sacra ) tunc denuo assurgam. **¶** *Debemus nos habere merè negativè ad Beatitudinem nostram: id est propter Beatitudinem consequendam nihil facere vel omittere debemus ; sed facere debemus, quod jubet Deus, merè quia jubet, & omittere, quod vetat Deus, merè quia vetat, ibi sistendo: Ita ut tota actio nostra & tota*

M omissio

<sup>f</sup> Est enim quam maximè opus, ut quisque quod hic dicitur, probè intelligat.

<sup>g</sup> Quia auctor hoc loco in versione belgica non tantum plurima adjecit sed verbis conceptissimis, licet barbaris, & plus uno idiomate rem admodum graphicè descripsit, visum fuit, ea omnia & hic adponere.

Ik wil hier een tweynig van tael veranderen : of 'er misschien iemandt waer / die de hoofse of schoolse sprake (soo men die te noemen plagt) meer gewoont was / en beter verstonde / ondertusschen moet ik op seker maet / dooz verscheyde Talen soo wat kroms tongen / want hier in bestaet dien snuf.

Wy hebben ons in regard van eygen geluck ende zaligheyt / gansch negativelyk te composeren / en pure ver manier van surreance : dat is wy moeten effectuieren het gene ons God gecommandeert heeft / pretijs om dat hy 't gecommandeert heeft / daer by peristerende ; sonder eenigh remerk te nemen op onse ziele zaligheyt / die ons God mits dien remboursen moght : Soo dat al ons doen en laten / onder obligatie ende gehoorsameheyt / maer geensins onder concupiscentie of lust tot eygen zaligheyt kome tereforteren. Wy mogen ook onse zaligheyt wel

saisine

faalineren in forme van speculatione en theorie / maer  
 niet in forme van practyk of conuenen : dat is met den  
 verstande magh men wel iuseren / ja met den mond  
 homologeren / dat wy ons debbopz gedaen hebben  
 de / in recompense van dien / de eeuwige geluck-za-  
 ligheyt abozderen sullen ; maer met wil en intentie  
 en maginen den assaut daer niet op aen-leggen : So  
 dat zaligheyt / haer estim en reputatie in recognitie  
 mentinerende / ebenwel in intentie nul ende van  
 geender waerde blybe. By contrebente van dien /  
 soo renforceren wy directelyck op het fondament  
 van de deugt / mer notopz mankement in het twee-  
 de point van de Gutmoodigheyt / waer van hier bo-  
 ren gementioneert is : by 't welcke wel expreffelyck  
 gearresteert wort / dat wy ons selben en al wat onse  
 is / abandoneren en absolutelyck aen Godt resigneren  
 sullen. Soo daer nu yemant van die opinie waer /  
 dat Godt in den Bybel gelast soude hebben / men  
 moest goede werken doen met sulken intentie / op dat  
 hy onse saligheyt en eeuwige glorie ons wilden  
 octroyeren : dat hy dan goede werken doe om sijn  
 ziele-saligheyt te impetreren ; nochtans a desseyt om  
 Godts commandement na te komen / het welcke  
 commandement volgens sijn sustenu / sulcken doen  
 en intentie bereytscht : want uyt dusdanige confi-  
 deratie sijn zaligheyt te soeken / en is niet a desseyt om  
 sijn saligheyt enquesteren ; maer sijn charge benec-  
 stigen / en sijn obligatie / die hier gesupponeert wort /  
 wel quiteren. \* Gelyckertwoys een goet en fideel  
 knecht / die daer weet / of ten minsten ter goeder  
 trouwen en sincerelyck meynt / dat sijn Heere gebode  
 den heeft / hy soude yemandt van de gebeurte een  
 wyl tijdts in negotie of menagie ten dienste zyn ;  
 gelijk in dit cas den knecht / met sich te employeren

\* Die alleen uyt Godts gebode (meynende ter goeder trouwen, dat het Godt soo gebiede) sijne ziele zaligheyt soeckten, en soeckten sijn ziele zaligheyt niet, maer Gods gebode.



missio nostra procedat ex motivo Obedientia; nunquam autem ex motivo Concupiscentia. Possumus verò etiam speculativè nos habere ad Beatitudinem nostram; sed non practicè: id est licet per intellectum videre & prævire, quod Beatitudo nobis obventura sit, si hæc & illa fecerimus; sed non licet hæc & illa facere eo intuitu, ut Beati simus: hoc enim expressè est contra fundamentum Humilitatis, seu contra secundam partem Humilitatis, de qua supra diximus, qua jubemur nos ipsos & nostra omnia abnegare.

M 2

gare.

in den dienst van sijnen buerman en sijn affaires te depescheren / niet epgendijk den buerman / maer sijn eygen meester dient (mits het geheel motijf van dit knecht is den wille sijnes Heeren; en niet eenig profijt of abantagie van sijn buerman) soo moet men oock juseren van dien persoon / die zijne zaligheyt soecht met dese limitatie en clausel / om dat Godt gecommandeert heeft (als hy persoon gepersuadeert is / en sinterelijck meynt / waer te wesen) men soude die soeken en door goede werken conquesteren: ick segge / van den gementioneerden persoon staet te juseren / dat hy sich niet en ingageert met eygen interst of zaligheyt; maer alleen met Godts commandement. Dogh yeder neme goe regard op hem selven / dat hy dit niet slegs met imaginatie apprehenderen / maer meyne serieuselijck metter herten: want men loopt hier perijckel om dooz eygen concupiscentie van dit propoost gesaccageert te worden / en onder pretext van een genereus entreprise / alleen een phantastijke hypocrise en feintise te enterineren.

gare, & in totum ac in solidum Deo resignare. Si quis verò existimet Deum in Sacris Literis iubere, ut propter æternam Beatitudinem nostram operemur, is merè ideo propter æternam suam Beatitudinem operetur, quia (ut ipse apprehendit) Deus hoc mandat: sic enim propter æternam suam Beatitudinem operari, non est propriè propter illam operari, sed propter mandatum Dei, quod supponitur: Sicut servus, qui herò iubente (aut qui saltem syncerè putat herum iubere) ut vicinorum alicui operam suam accommodet: sicut, inquam, ille servus accommodando suam operam, non servit isti vicino, sed herò suo: quia totum motivum istius servi est

volum.  
 5 Propter æternam suam Beatitudinem operari, non est propriè propter illam operari, sed propter mandatum Dei, quod supponitur.] Ex quo patet, quam impossibile sit suppositum (quo supponitur mandasse Deum, ut propter æternam nostram Beatitudinem operemur) utpote quod evertat se ipsum; nam si Deus hoc per impossibile mandasset, non mandasset; hoc ipso enim actio à nobis instituta ex mandato Dei ad Beatitudinem consequendam, non est propriè ad beatitudinem consequendam, sed ad Dei mandatum exequendum, finis enim ultimus dat speciem moralem actioni, non autem intermedius: unde prædicta actio non est felicitatis studiosa, sed legis Divinæ. Accedit renunciare nos posse Iuri in favorem nostrum introducto (quod & leges omnes supponunt, & ipsa ratione cuique homini manifestissimum est) si ergo lex de felicitate nostrâ nobis lata esset, renunciando illi legi, non peccaremus; portentum autem legis est, quod sine peccato violatur, non lex.

voluntas heri, non autem utilitas aliqua vel commoditas vicini: Sic etiam motivum istius hominis, de quo jam statim dicebam, non est sua Beatitudo, sed voluntas Dei: Adeoque absolute dicendus est propter Deum agere: non autem propter se aut suam Beatitudinem. Videat verò, ut hoc serio putet, & non ore hoc agat, sed corde: nam facile hic est decipi à propria sua Concupiscentia.

2. <sup>6</sup> Enimvero de felicitate sua nemo videtur debere cogitare, nemo deditâ operâ

M 3

râ

<sup>6</sup> Enimvero de felicitate suâ nemo videtur debere cogitare.] Demonstratur ex essentia Dei non licere nobis ob felicitatem nostram aliquid agere: nam felicitatem suam spectare & intendere ei tantum licet, qui naturâ Summus est: ille enim non habet quo ulterius tendat, sed necessario in se ipsum recumbit, & ad se refert omnia; cæteri vero, qui sicut ipse essentialiter summi, ita ipsi minores sunt essentialiter, & subditi habent quo ulterius extra se tendant, nempe ad supremum illum, ad quem obedientiæ passibus contenditur. Certum enim est, eum qui servus est, quatenus servus est, non posse sibi vacare: nobis igitur qui essentialiter Dei servi sumus, semper incumbit officium serviendi, servire autem penitus excludit omnem respectum & contemplationem commodorum ejus, qui servit inducitque respectum & contemplationem solius ejus, cui servitur: quæ enim est ista servitus sua curare, suum negotium agere, sibi bene consulere? Imo tres modi, quibus demonstramus non licere nobis de felicitate nostra consulere: primo ex definitione virtutis: secundo ex definitione & essentia nostrum: tertio ex definitione & essen-

râ deliberare, nisi qui fastigium in sedentibus rerum omnium, aut in fastigium illud eniti se posse confusus fuerit (Audet hîc quisquam attentare? Mitto Briareum & fabulas: Videor mihi per nebulam videre  
\* Tyrannum aliquem, attollentem cristas, & hîc aliquid machinantem aut imaginantem sibi: Fatuelle! omnibus cucurbitis capitulum insulsius! Sed quid opus est indignatione? qua nec dignus es: Anticyram, actutum Anticyram: ad *Ipse te nosce*, inquam, ut faneris)<sup>h</sup> Reliquos autem omnes: utpote, qui in alterius imperio &

essentia Dei. Ergo igitur prima demonstratio, quod non liceat ob proprium commodum aliquid facere necitur ex essentia virtutis & rationis, & utriusque proprietatibus (vide Sect. II. §. I.) altera demonstratio pullulat ex essentia & proprietate nostri (vide de inspectione nostri) tertia demonstratio, quæ est huius loci, provenit ex essentia Dei: nam ad commodum ad se attendere est attributum & proprietas ejus, qui secundum essentiam *summus est*: proinde qui ad nihil aliud, quam ad se & omnia ad se dirigere debet: at vero illud non debet concedi iis, qui secundum essentiam & naturam suam, *subditi* sunt: siquidem ante omnia (nam alioqui non forent essentialiter subditi, sed ad summum cives) alii alicui morem gerere obligati sunt.

\* *Cajum illum: à quo Belgicum nostrum Kai aut similem aliquem morionem.*

<sup>h</sup> Ita in versione belgica cum energia inquit author: *Da sa! na den Kay-snyer / na Meester Goen-raed/kent u selven met sulke een volhjen.*



7 ubi morem gesserint, tum verò felicitas eos, quantam capere possunt, maxima etiam si id ipsi non egerint, consequetur. Hæc cum manifestissima sint omnibus, quibus mentem huc advertere & aliquandiu defigere non est grave: quæ causa communis illius & pervagatæ quidem, sed & per-

mandatum rationis est, hoc ipsa fert, hoc ejus jussu in mente nostra ubique affigitur: hoc commode, hoc omni tempore legere nobis licet: nisi irrequietus ille globus (homo) passionibus jactatus, & ab illuminante rationis sole aversus, tetricam illam noctem menti fecerit, quæ adeo turpis est & impudens igitur illud mandatum legentes, & jam intelligentes, æquum erit, ut ei obediamus sedulo: quod ubi factum, tum vero felicitas, quantum capere possumus mente cogitationeque, superatura omnem expectationem, nos consequetur. Animi satisfactio nos circumveniet (nam cum illa noster non fuerit scopus, nos ipsi scopus fuimus) consolabitur nos, placabit, amplectetur, & tota nos induet, imo quas; transformabit in felices semper Deos.

7 *Ubi morem gesserint.*] Nimirum felicitas non est finis operantis apud virum bonum, sed finis operis, quod facit ex naturâ suâ & tendit ad maximam ejus felicitatem, ipse tamen non ideo facit ut felix sit, sed ut Deo (cujus essentialis servus est) serviat magnoperè autem eos fines inter se distingui, patebit tract. 3. Præclarum est illud Senecæ libro de vita beata. cap. 6. *Sicut in arvo, quod segeti proficissimum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbule, quamvis delectet oculos, tantum operis insumptum est: aliud fuit serenti propositum, hoc supervenit: sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio: nec quia delectat, placet; sed quia placet, delectat.*

& perversissimæ dementiæ vel potius im-  
potentiæ, ut primum sibi de felicitate sua  
dispiciendum putent homines, primum  
illi oculum adjiciant; deindè verò quid  
sit illud, quod eo, quo intendunt, ferat  
deducatque perquirere & deliberare con-  
stituant? Inde enim fit, quod etiamsi in-  
terdum, & in quo sita sit Felicitas, & quæ  
faciant ad illam consequendam, feliciter  
invenerint; tamen quia hoc illis proposi-  
tum esse non debebat, infeliciter aberrant:

<sup>8</sup> Sed quæ tandem causa hujus erroris?

<sup>9</sup> Capio: Effusus extra se totus, cum cor-  
pore

M s

pore

<sup>8</sup> Sed quæ tandem causa hujus erroris? ] Meretur  
considerationem hæc quæstio: cum enim evidentis-  
simum sit facillimèque ab omnibus nonnihil atten-  
dentibus intelligatur, non licere nobis de felicitate  
nostrâ laborare, unde ergo fit ut omnes passim de fe-  
licitate suâ laborent, neque id obscurè ferant aut dis-  
simulent, sed & fateantur se ita agere, & aliis ita  
semper agendum esse præscribant. Responsio ad pro-  
positam quæstionem hæc est, quod homines putent  
occultâ & subdolâ persuasione adducti genus huma-  
num esse Deum suum; quod & si verbis diserte ne-  
gent, intus tamen & in mente penitus sic affecti  
sunt, nihil aliud, ut sibi persuadere videantur.

<sup>9</sup> Capio. ] Ratio est, quia genus humanum sum-  
mum est sensui: homines autem dediti sunt sensibus  
suis, & alia prætereunt, tum posita illa persuasione,  
quod genus humanum sit summum (id est Deus) fa-  
cile persuadent sibi se summos esse posse, facile enim  
sibi posse putant, ut reliquos homines superent;

præ

pore confusus, distractus, dispersus homo est: ægrè se colligit, ægrè se intra se revocat, ut ibi se videat, & se sub Deo videat, & ita sub Deo, ut nihil cuiquam tam subjectum & obnoxium cogitari possit. ¶ Quamdiu sic peregrè versatur homo, & in sensus suos, quibus extra se quodammodo tendit, effunditur, nihil equidem offendere potest, quod generi suo aut præstet aut par sit: manifestè ge-  
nus

præsertim imperio & potestate: posita jam hac secundâ persuasione, qua persuasum habent se summum esse posse, facile hic error consequitur, ut putent sibi de felicitate suâ primum & ante omnia despicendum esse: nam hoc revera summi est, & illius locius de felicitate sua despicere: cum reliquis de Obligationibus sollicitos esse incubat.

¶ *Causa*, cur homines neglecta illa demonstratione non sui causa esse agendum, semper manibus pedibusque in proprium commodum incedant, hæc est: quod toti suis sensibus adhæreant: inde fit, ut Deum (qui non sensibus sed mente & intellectu cognoscitur) obliviscentes & loco Dei, ponunt id quod summum videtur sensibus: hoc vero homo est, sive humanum genus: jam autem homo ita sensibus deditus secum cogitat, se posse quidem alios homines antecellere & juxta hunc errorem, se evasurum summum atque maximum. Et hoc phantasmate delusus non ita abs re sibi videtur suo commodo intentus; quod alias evigilans satis, non tantum stultum atque ridiculum, sed & impossibile judicaret.

¶ Et veluti per portam suorum sensuum à patria, quæ est cognitio sui, exul huc atque illuc oberrat vagabundus.



nis humanum præcellit omnia, quæ sub  
 sensus subjiciuntur; cetera verò quæ sen-  
 sum fugiunt, <sup>m</sup> tacita sunt vagabundo illi,  
 & muta, & in nullo numero: <sup>n</sup> 1<sup>o</sup> Illud  
 Philtrum; & hæc ex illo Philtro infania:  
 Videtur jam sibi de fastigio & Felicitate  
 posse cogitare: summum est ei genus  
 suum; ipse igitur, si modo congeneres  
 suos superet, summus erit: Ea propter,  
 quosdam eorum sibi cedere coget (lites in-  
 tentabit & bella) quibusdam persuadebit,  
 ut cedant (blanditias interponet & mune-  
 ra)

M 6

ra)

<sup>m</sup> Et solo intellectu capiuntur; omnia illa in pa-  
 tria manserunt, & quia ad eum non veniunt, etiam  
 ille ad ea non accedit, itinerantium more cantans,  
*upt'er oog/upt'er herten.*

<sup>n</sup> Et proh malum! hic offendit eum lotus (arbor  
 quædam, adeo dulci & grato sapore ut tota natio, ubi  
 crescit, inde nomen acceperit: exteri illa dulcedine il-  
 lecti, patriæ suæ obliviscuntur, ibidemque habitatum  
 manent: ut inter alios contingit sociis Ulyssis, qui  
 ne fustibus quidem illinc abigi poterant.) Lotus in-  
 quam (*dignitas & majestas*) hinc avidè comedit, & se  
 ingurgitat: quapropter patriæ oblitus, fit exilii sui  
 civis, hoc illud philtrum, quod insanire eum, & a-  
 deo præpostere se ipsum amare facit, ut sædus solet  
*φίλαυ* Ⓞ.

1<sup>o</sup> *Philtrum.*] Poculum amatorium sunt testæ  
 illæ & abstrusæ persuasiones, quibus & genus suum  
 homo summum esse putat, & se in illo genere princi-  
 patum tenere posse; ex quo poculo amatorio sic hau-  
 sto, multæ deinceps nascuntur intemperix, quæ in  
 textu sequuntur.

ra) Quosdam, ne se in culmen scandentem remorentur, deturbabit de gradibus, quosdam dolis irretiet, quosdam beneficio devinciet: & multas similes, cum Comœdias, tum Tragoedias nobis excitabit: nec excutientur intemperiae, non redibit ad mentem donec Helleborum, qua Divinus  
 ° Melampus agrum nostrum consevit, ederit & ruminarit: Medicamentum tetrum <sup>p</sup> insolentibus & his qui ei non assuevere, " fateor: imo quod accersendæ;

non

° Melampus eximius medicus, inventor melampodii ab ipso denominati; est autem hoc hellebori species, quo multorum insaniam pellebat: inter alios quatuor filias regis Proeti; quæ cum se jactabant juno pulchriores, ab hac dea ad eam insaniam erant redactæ, ut boum instar se gererent, & jugum metuentes sylvas peterent: quarum altera Iphianassa dicta, Melampi uxor fuit in mercedem sanitatis. Jam hæ sunt poëseos fabulæ, quibus hic luditur: sed satis superque patet, quod *melampi* nomine hic veniat *ratio*, & *agri titulo nosce te ipsum*, sive *inspectio sui*, quemadmodum *lotus* designat *dignatem* & *majestatem*, præcipuam scalam, juxta quam homo ascendens sui congeneres se superaturum confidit: ut ita tandem summus hominum (& juxta stultam persuasionem (cujus ipse ignarus) rerum omnium supremus evadat.

<sup>p</sup> Quod nauseam sui movet.

II *Fateor.*] Cum inspectione nostrum discimus, quæ nostra sunt, quæ Dei: atque inter cætera nos motum membrorum nostrorum non facere, oculum se se ad videndum nihil conferre, mundum se spectandum

non pellendæ insanix esse, imperiti q̄ dicunt: ita potenter movet, & quidquid usquam <sup>12</sup> in cerebro bilis atræ repererit, ut ut inculcatum sit, emungit; Verùm usu jucundissimum redditur, & omni Lotu <sup>13</sup> suavius: inescantur, quotquot iterum

standum nobis exhibere non posse, omnia hæc fieri ineffabili vi alterius alicujus: cum inquam hæc & similia inspiciendo nos ipsos clarissimè videmus, populus insaniam vocat, putatque hoc negotium inspiciendi se non ad sapientiam, sed ad furorem & manifestam insaniam collineare.

<sup>9</sup> Imo illi medici, qui in hac re botanica non satis periti sunt, pro zizania, habent unde visus (ad sua commoda) debilitatur: alii volunt mandragoram esse hyosciamum, & similis generis (*grol-grillen* inquit auctor in versione belgica) alia quæ alio non serviunt, quam ut quis subito fiat phreneticus: sed hi præsumptuosi medici me <sup>10</sup> quidem sanæ rationis habent, imo magis quam ipse æger hic noster insaniunt, & propterea vel maxime nostro melampodio indigent.

<sup>12</sup> *In cerebro bilis atræ.*] In atrâ bile insaniam reposuerunt olim & hodie fere medici omnes. Hinc atra bilis sæpe pro insania sumitur.

<sup>7</sup> *Lotus* enim aliquid dulcedinis habet, & allicere potest famineos, debilesque animos; at verò fructus ex *Agro melampi*, generosus est, & viros delectat, imo viri sunt, qui jam plus semel comederunt, & concoquerunt: non amplius jam Catharticus est aut Emeticus, sed solidus, utilisque cibus, quo indies vescuntur, & ferme fidem superat, quantum alimenti conferat.

<sup>13</sup> *Inescantur.*] Sane sic est: & qui sæpius se ipsum inspicere consuevit, juxta formulam in hoc libello

rum iterumque gustaverunt : & non medicamenti jam , sed cibi vicem habent , quotidie sæpius eo vescuntur : & dici non potest , quantum iis ab hoc pastu saginetur & roboretur animus. Ager <sup>r</sup> hic in Libelli nostri diœcesi pagos, aut ( quia singuli parvi sunt ) paginas aliquot occupat. <sup>r</sup> 14 Quin repetis , Philarete felicem agrum , quem jam semel peragraſti : & legas , quo penum tuum abundè instruas , seu cibo salubri & succulento seu medicamento salutari : Ego interim <sup>r</sup> ex hoc colle ,

libello præscriptam , exſariari non potest , quin repetat , iterum , iterumque se incipiat summo cum gaudio , proveniente ex fructu certissimo sapientiæ & roboris animi , quod fructum continuo amplioſorem amplioſoremque perſpicere se animadvertat.

*f* Ager adeo fœcundus , quem *rationis ille hortulanus* quam diligenti cura coluit , & omnem ex eo zizaniam eradicavit.

*r* Ibi omnia patent , fructum decerpere cuivis licet , omnium quippe sunt fructus isti : tunc hortulano cum suis remanet plusquam indiget.

14 *Quin repetis, Philarete.*] Philaretus hic consideratur tanquam socius & discipulus auctoris , qui per libellum hunc tanquam per exteram aliquam regionem peregrinatur : in qua regione diœcesis una aliqua sit præcipua , quæ continet tract. de seipso inspiciendo : suadet autem auctor Philareto , ut agrum illum , quem jam semel peragravit , denuo repetat , id est , sæpe & sæpius se ipsum inspiciat.

15 *Ex hoc colle.*] Declinavit enim nonnihil à proposito suo auctor , & quædam huc congeſſit , quæ ad inspe-

colle, quem studio Agri illius eminens vi-  
dendi, conscenderam, recipiam me in  
viam meam à qua digressus fueram: &  
pergam: Tu, cum videbitur <sup>16</sup> (nam om-  
nia tuta sunt) sequeris. <sup>16</sup> Vale.

4. Non est accersenda Felicitas; sed  
nec arcenda: expectanda quidem; sed  
non affectanda: captare eam non licet; u-  
bi ultrò se ingesserit, licet capere: ubi  
Deus eam detulerit nobis, decet uti: quam  
ille mittit, oportet admittere: <sup>17</sup> admittere,

inspectionem sui pertinebant: ideoque fingit conge-  
riem illam esse collem aliquem, in quem ascendens  
agrum illum, id est, inspectionem sui ipsius quasi de  
longo videat.

<sup>16</sup> Perge igitur, & loco *vale* en accipe nostram salu-  
tationem *nosce te ipsum*.

<sup>16</sup> Vale.] Hic iterum ad propositum venit: propositum enim erat Adminiculum aliquod humili-  
tatis suppeditare, id autem erat, non agendum esse  
aliquid ob felicitatem, cui cautio bene adhibita fu-  
erat, ne quid etiam ad declinandam felicitatem no-  
stram ageremus, hæc duo puncta breviter in initio  
Num. 4. repetuntur, dein ad alia pergitur.

<sup>17</sup> Admittere animo grato.] Unicam ob rem  
Deus est rogandus, nempe ut Obligationibus nostris  
satisfaciamus duas ob res gratiæ sunt agenda nempe  
quia & Obligationibus ex parte satisfecerimus, &  
quia felicitatem aliquam nobis impartit, gratias age-  
re, quæ omnia patebunt Tract. proximè sequenti,  
ubi de pietate in Deum agitur. Insinuatur itaque hic  
Obligatio aliqua (nempe gratias agendi Deo) cujus  
ante adhuc nulla mentio incidit, tumque ratio istius  
Obligationis patebit, de pietate dicemus.

re, inquam, animo grato, & <sup>1</sup> propitii  
 Numinis agnoscente <sup>x</sup> beneficium. Castæ  
 illæ deliciae mentis Deo dicatæ, mentis in  
 Dei Legem juratæ, & se ipsam penitus e-  
 juratæ: Castæ illæ deliciae (quid enim  
 præter nomen ingeminem? cum res <sup>y</sup> ex-  
 primi dicendo non possit) Deliciae dulces,  
 puræ, generosæ: <sup>z</sup> Nemo novit hæc gau-  
 dia,

<sup>18</sup> Propitii numinis agnoscente beneficium.] Defini-  
 tio quædam felicitatis hic rectè subjicitur, cum enim  
 multa antè dicta sunt de felicitate, operæ pretium  
 est scire, in quo illa fundamentaliter consistat: con-  
 sistit autem illa in castis deliciis, provenientius ex  
 conscientia, qua conscius nobis sumus Obligationibus  
 nostris satisfacisse nos, & præsertim nos deseruisse  
 nos, nos Deo totos nos transcripsisse. Aliæ deliciae  
 veluti Veneræ, quæque ex cibo potioneque capiun-  
 tur, semper in se habent aliquid triste, imo plus hujus  
 habent, quam dulcedinis, relinquuntque post se in-  
 tolerabilem penitentiam, similem malæ scabiei, quam  
 si scabas delectationis aliquid atque pruritionis, sed  
 certè longè plus miseræ ac doloris habet: Quis au-  
 tem velit sibi malam scabiem, quia scalpendi sit ali-  
 qua voluptas? Et rectè ille: Ego tanti penitere non  
 emo.

<sup>x</sup> Hominis addit auctor in belgica versione & in  
 parenthesi, ane quidem homo est? nempe vix hu-  
 manum videtur ad delicias illas justè se habere, & se  
 ipsum penitus ejurare, & compedes philantia artis-  
 sine constrictos solvere.

<sup>y</sup> Cum res, quam innuere volo, cogitatione com-  
 plecti, nedum ergo exprimi dicendo non possit.

<sup>z</sup> Et à natura deliciarum nequaquam diversa: a-  
 liæ enim deliciae non veræ, nec solidae dantur.

dia, nisi qui gaudet hæc gaudia : <sup>19</sup> nam in sinu gaudent, quotquot hîc gaudent.

<sup>a</sup> Quam felix quem consolantur hæc gaudia, quem suaviantur, quem pacant & placant ! Quam felix qui capit ista gaudia, & jam ipse se præ gaudio non capit !

<sup>b</sup> <sup>20</sup> Quod si tamen Virtutem secter, ut gaudiis illis affluam : <sup>21</sup> Jam Virtutem non sector, sed gaudia : jam non Rationi ausculto, sed mihi : jam non Deo parere volo,

<sup>19</sup> Nam in sinu gaudent, quotquot hic gaudent.] Innuitur diversitas inter hæc vera gaudia, quæ solent esse cum altissimo silentio, & inter falsa, seu gaudia carnalia, quæ debacchantur, vociferantur, grassantur, plena sunt turbis & tumultu.

<sup>a</sup> Ne rimula quidem, datur qua elabatur foras, neque lingua neque signum est ullum, ad hoc animi jubulum populo eloquendum, & significandum.

<sup>b</sup> Quam felix est, qui in Deo se ipsum perdidit, & loco sui ipsius, has in Deo delicias invenit !

<sup>20</sup> Quod si tamen virtutem secter.] Opportuna cautio, cum enim delicias illas sic extollimus, videndum est etiam atque etiam, ne ad illas obtinendas incipiamus actiones nostras dirigere : quod quibusdam incautis offendiculum fuit non leve, qui perpensâ magnitudine præmiorum, quæ virtutem manent, magis his adherent, quam virtuti ipsi & Legi Divinæ : unde factum, ut simul præmiis illis exciderint.

<sup>21</sup> Jam virtutem non sector, sed gaudia.] Nempe finis ultimus dat speciem moralem actioni : qui igitur Divinæ Legi servit, ut sibi bene sit, is non Divinæ Legis, sed sui studiosus est, sicut qui furatur ut habeat copiam uxoris alienæ, non fur, sed adulter est, ut ante ex Aristotele citatum est.

volo, sed mihi Deum : Itaque nec gaudia illa, quæ sectabar, assequar : \* nam gaudia sunt, non illecebræ ; decora sunt, non lenocinia : & amorem Dei sequuntur hæc præmia, non amorem mei : † 22 Malebam mihi gaudere, quam Deo parere (parere enim volebam, ut gaudere possem) magis ergo me ipsum amavi, quam Deum : quo jure, atque adeo, quo potius ore præmium ab illo posco ? \* Si verò bene (quantum mihi conscius sum) agentem me, gaudia tamen illa destituant ; nibildum est quod angar, nulla etiamnum causa tristitiæ vel querelæ : 23 Necessum enim est, alterum

\* Non possum puras illas delicias ex virtute impura manu philautiæ haurire.

† Quando unum propter alterum facimus, multo magis diligimus id propter quod facimus, quam id quod facimus propter aliud : vel uti scholis decantatum est, finis nobis est dignior quam media, quæ propter finem comparandum adhibentur.

22 *Malebam.*] Dicuntur hæc in personam ferè omnium hominum, virtutem enim sectantur omnes, omnes ferè propter voluptatem & commoda, ut Epicurus olim bene notat ; sed quia promiscuè sic agunt homines, ideo sic agendum esse, cum dicit, vehementer errat.

\* Jam clarissime video, cum me ipsum deserere volui, eo fine, ut in Deo delicias invenerim, quod tunc me quæsierim quam maxime, & perdiderim delicias.

23 *Necessum enim est, alterum sit de duobus.*] Dilemma ;



alterum sit de duobus : aut Virtutem coluisse me ob gaudia , quæ illam comitari solent : aut posthabitis illis gaudiis , Divinæ Legis contemplatione fecisse me , quodcumque feci : Si hoc ; <sup>f</sup> Quid doleo non affectum me , quod secutus non fui ? Si illud ; <sup>g</sup> Non sum frustratus : nihil enim feci , quod eo , quo per vota tendebam , referret : gaudere volebam , ideo Virtutem colui ; at hæc sic culta , <sup>h</sup> non facit ad ultroneos illos flosculos voluptatum , quos ex ea carpere , vanitas mea gestiebat : Ne-  
mo

lemma : Vel feci propter legem Dei , vel propter mea gaudia , si propter legem Dei , nulla querela , si non habeo gaudia , quæ habere nunquam volui : si propter ipsa gaudia , nulla etiam querela , quia nihil feci , quod ad illa gaudia impetranda valeret : sunt enim propria virtuti ista gaudia : ego virtutem non exercui , cum propter gaudia illa feci . Est igitur hæc objurgatio plane efficax & plena masculæ cujusdam consolationis . Quereris te delectatione spiritali destitutum ? nulla causa querelæ : aut enim bene fecisti , ut legem Dei impleres , aut ut tibi delectationem consequeris : si hoc , non es meritis delectationem ; si illud , cur quereris te non habere id , & carere eo , quod non querebas : consolationes multæ aliæ periculosius sæpe sunt & examinatæ : periculum enim est , ne lapstantem jam , & ad suas delectationes & facilitatem propensum ( talis enim certe is est , qui delectationibus spiritalibus destitutum se queritur ) impellamus consolatione nostrâ , & ad casum pertrahamus .

<sup>f</sup> Si nempe ex amore rationis egerim .

<sup>g</sup> Si scilicet ex amore gaudii fecerim .

<sup>h</sup> Et hoc acri fimo enervata .

mo indignatur, si sibi caput scalpentis, summos honores in Republica populus & imperia non detulerit (nam caput scalpere non facit ad honores & imperia consequendum) Et nihilo plus ad solidam voluptatem consequendam facit, <sup>24</sup> Virtus ideo culta, ut cultori suo injiciat voluptatem. <sup>25</sup> Et jam olim astutiores voluptatum

*24 Virtus ideo culta.]* Nam virtus eo fine culta, non est virtus, sed philautia, non est mirum ergo si non conferat delectationes illas, quæ virtuti propriæ sunt.

*25 Et jam olim astutiores voluptatum aucupes.]* Ratio redditur etiam ex natura voluptatis: optimum enim succum voluptati abstulit, qui ad eum consequendam aliquid fecit: cum optima gratia voluptatis sit, si in ignarum & aliud agentem incidit: nil igitur mirum, si qui virtutem ob voluptatem & spiritualia gaudia colunt, nunquam illa gaudia tam sincera & tam succida consequantur, quam illi, qui possibilibus illis gaudiis, nullaque ad ea mentis reflectione adhibitâ faciunt merè quod faciendum est, & legi Divinæ propter se ipsam vocant: his enim velut incautis & alio spectantibus ac occupatis injiciuntur voluptates illæ spirituales, tantò amariore, quanto magis improvisæ fuerant, & minus affectatæ: sunt ergo duæ jam rationes, ob quas qui virtutem colunt ob suam felicitatem, felicitatem suam non consequantur. Ratio prima deducitur ex naturâ virtutis, nam virtus culta ob felicitatem, non est virtus, ideoque præmiis illis, quæ virtuti essentialia sunt, non stipatur. Altera ratio peritur ex natura felicitatis: nam optimus succus deest felicitati, cui deest illud improvvisum, illud in affectatum, adeoque non est vera felicitas.

tum aucupes, nullam probant, quæ studio vel arte parata sit, voluptatem; <sup>26</sup> Sed cum omnes qui hîc venantur, frustra sunt, tum hi, quo peritè magis aucupantur, hoc magis ridiculè falluntur: Quomodo igitur comparare nobis poterimus voluptatem, si neque studium neque negligentiam, ad illam sibi comparandam, adhibere liceat? Inducito, deleto liturâ bene magnâ hanc Quæstionem totam: tota, menda est: Conde mihi animum in suas Obligationes, ut ne unguiculus quidem superet, quem in sua commoda, voluptates, solatia, aliudve omnino quidquam, quod ad se referre solet, quodque felicitatem ejus constituere videtur, impingat, & ad se trahat.

§. 12. Fru-

<sup>26</sup> Sed cum omnes qui hic venantur, frustra sunt, tum hi, quo peritè magis aucupantur, hoc magis ridiculè falluntur ] De his venatoribus voluptatum, qui eas fugiendo astutissime venantur, diximus adhuc hoc s. N. 2. Quo autem astutius aliquid prosequimur, tanto & apud nos tristius atque acerbius, & apud alios magis ridiculè frustramur. Qui igitur rectâ prosequuntur felicitatem suam, frustrantur illâ quidem, sed qui per ambages illam prosequuntur, eâdem sunt in navi, & frustrantur sua felicitate, sed insuper ex frustratione istâ & in acerbiteriam apud se majorem, & in risum apud alios incurrunt.

Est miranda hæc venatio, nam nulla venatio ut hæc est; in aliis venationibus satis est, ut non omnes venatores capiant; sed in hac venatione nulli venatores aliquid capiunt.

## §. 12. Fructus Humilitatis.

Fructum suum Humilitas gestat <sup>2</sup> in pyxide; Sed ô ne reserat! Consciverunt sibi omne genus calamitatum & morborum animi ac subinde etiam corporis, qui avidi nimis & incauti, intempestivè hanc sibi pyxidem \* <sup>2</sup> recludi voluerunt. Quod est igitur in pyxide Pandoræ, venenum tam præstans, quod in aures se proti-

<sup>1</sup> *Fructum suum.*] Fructus humilitatis est sublimitas; amictus contemptus sui est maximus honos, dignitas & existimatio: fructus incuriæ felicitatis suæ est maxima cura maximumque studium ipsius Dei erga felicitatem istam, seu ut felicitatem istam largiatur.

<sup>2</sup> *In pyxide.*] Allusio est ad pyxidem pandoræ, nam pandoræ hic humilitas assimulatur.

\* <sup>2</sup> *Recludi voluerunt.*] Nempe dum curiosi nimis præmia virtutis, & præsertim Humilitatis scrutantur, incidunt in desideria & affectiones istorum præmiorum, incipiuntque virtutem jam non propter eam ipsam sectari, sed propter se, hoc vero est à totâ virtute excidere, & ad perniciosissimam philautiam deficere, uno verbo in ipsum peccatum incurrere, adeoque in calamitates omnes & misérias, quas peccatum secum necessariò trahit, irruere.

<sup>a</sup> Pandora, juxta poëtas, prima fuit omnium mulier: hanc Vulcanus volente Jove cuderat: quam omnes divæ donis suis donabant: Pallas dabat sapientiam, venustatem Venus, eloquentiam Mercurius & sic porro (unde nomen etiam pandoræ gerit apud Græcos

protinus, quâ potest, tam tetro & pestilenti halitu diffundat? <sup>3</sup> Summa, quæ in te cadere potest, Sublimitas: celsissima, ad quam subvehi potes, Felicitas: Hæccine venena? <sup>4</sup> Venena, inquam, si affectes; sed id ipsum quod sunt, si expectes, & cancellis tuarum Obligationum circumscriptus, integrum Deo relinuas de tua subvectione pariter & abjectione, de tua feli-

Græcos omnium velut donorum cumulus) posthac Jupiter i a in homines exardescens, quia Prometheus ignem (hucusque terris incognitum) ex cælo furatus inter homines detulerat, misit pandoram, cum pyxide plena miseriarum, morborum & adversitatum: homines pandoram acceptam, cum reserassent, inclusam calamitatem sibi consciverunt. Hæc fabula cum omnibus suis circumstantiis adeo bene convenit humilitati & quod ad eam spectat, ut, si quid facile, illud certe nunc persuaderem mihi, auctores hujus fabulæ Pandoræ nomine humilitatem intellexisse, & si occasio ferret, susciperem illud verisimili argumento adstruere.

<sup>3</sup> *Summa quæ in te cadere potest sublimitas.*] Respondetur hic ad quæstionem præcedentem, nempe fructum Humilitatis esse præsentissimum venenum hominibus, quando illum intuendo, eo adducuntur, ut illum cupiant affectare, & virtutem colere, ut illum adipiscantur.

<sup>4</sup> *Venena, inquam.*] Fructus humilitatis per se non est venenum, sed per accidens tantum: nam secundum se ille fructus est una & tota nostra felicitas: sed per accidens ille fructus in venenum nobis vertitur, dum illum affectamus, & nobis concupiscimus, ut sæpissimè jam ante in hoc libello demonstratum est.

felicitate pariter & calamitate negotium :  
 Reliquisti te , qui humilis es , Altissimo :  
 ille te habet <sup>5</sup> ( nec enim te jam alius ha-  
 bere quisquam potest ) quam sublimis es ?  
 Cum te dereliquisti , eum amare cepisti ,  
 qui est Omnipotens : ille te redamat ( nec  
 enim

<sup>5</sup> Reliquisti te. ] Diximus quis sit fructus Humi-  
 litatis, hic paucis versiculis admodum energice & ad-  
 modum efficaciter demonstratur, hunc vere esse fru-  
 ctum humilitatis.

<sup>6</sup> Nec enim te jam alius quisquam habere potest. ]  
 Qui enim se deseruit, & à se non habetur, amplius  
 haberi jam à nullo potest, nisi à Deo: non est enim  
 quo abeat, qui à se abiit, nisi ad Rationem seu legem  
 Dei: quamdiu enim ad illam nondum pervenit, ad-  
 huc in se ipso hæret, adhuc sua curat, adhuc de se la-  
 borat: qui enim non facit quia jubet ratio, non est  
 aliud cur ille faciat, quam quia lubet ei: inter hæc  
 duo enim nullum est medium, & quotiescunque ali-  
 quid ex proposito facimus (quod solum ad mores pec-  
 tinet) vel quia jubet ratio, vel quia lubet nobis id fa-  
 cimus: sæpe quidem & jubet ratio, & lubet nobis;  
 sed non quid sit, aut cur facias, ad virtutem vel vitium  
 pertinet: si ergo, cum & lubet tibi & jubet ratio, fa-  
 cias quidem, sed non mere ideo quia jubet ratio, pec-  
 cas hoc ipso, imo si lubet obedire rationi, ideoque  
 obedias, quia hoc lubet, rursus peccas, & actio tua  
 non virtutis, sed libidinis actio est: minimum ergo  
 quod abitur à se, est ad Deum ire, & in Deo esse,  
 necessum ergo est ut humilis qui est, id est, qui se-  
 ipsum deseruit, seu à seipso abiit, jam nunc ad Deum  
 iverit, adeoque cum altissimo ipse pariter quasi alti-  
 simus sit.

enim aliter potest 7 ille generosus ) quam felix es ? Tu amas illum *Amore Obedientiae* 8 (hoc unum potes. ) Ille te redamat *Amore benevolentiae ac beneficentiae* ( nam & 9 ipse hoc unum erga te potest ) Tu amas pro modulo tuo ( nam homo es. ) Ille redamat pro modo suo , id est sine modo ( quia Deus est. ) 10 Atque hæc sic obiter dicta sint de hoc fructu Humilitatis : quæ nos pluribus pro rei dignitate persequemur , cum de Præmio Virtutis tractabimus. Moneo : Non dixi, *Humiles primùm*  

N amare

7 *Ille generosus.* ] Non est enim nisi abjectissimi turpissimique hominis , non redamare illum , à quo videat se serio amari : quæ proinde nota non est inurenda Divinitati , ut quæ rerum omnium longe generosissima sit : ex quo necessarium deducitur argumentum , si Deum ames , te etiam ab illo redamari.

8 *Hoc unum potes.* ] Nempe alii amores in Deo & lege ejus locum non habent , ut vides §. I. hujus libelli. N. 6. & 7. & adhuc aliqua dicentur in posterum , ubi de fine & mediis dicemus.

9 *Ipsè hoc unum erga te potest.* ] Nempe amor passio in ipsum non cadit , sicut nec sensus , cum sit incorporeus ; Amor vero Obedientiæ in illo erga me multo minus esse potest , cum ille mihi obedire nunquam possit , ut qui essentialiter Dominus meus est.

10 *Atque hæc sic obiter dicta sint de hoc fructu humilitatis.* ] Demonstratum ergo est virum bonum , id est , humilem , amari à Deo Amore benevolentiae tanto , ut majorem erga eum ne Deus quidem ipse concipere possit : ex quo evidentissimè sequitur , nihil eo viro secundum Deum beatius cogitari posse.

amare Deum, ac deinde redamari à Deo: non dixi, inquam: & hoc satis esse debebat; Sed sycophantæ tantum apud imperitos (mancipia sua) valent, ut subinde, non dicere, non sit integrum, nisi simul dicas te non dicere: Ita genus hoc hominum gaudet aliorum hominum servitute.

2. <sup>11</sup> Sed ecce tibi insperatam in Theologeo <sup>b</sup> catastrophem! <sup>12</sup> Humilitas Diligen-

<sup>11</sup> Sed ecce tibi insperatam in Theologeo catastrophem.] Laus humilitatis poetice seu fabulosè proposita, cujus quidem fabulæ Mythologiam & explicationem facillimum est intelligere ei, qui tractatum hunc aliquando pervolvit.

<sup>b</sup> Cælum theatri sive Theologium sive machina erat in excelso loco supra theatrum, in quo subito dii apparebant & loquebantur, & aliquando etiam in theatrum descendentes, & inspectatò finem faciebant Tragœdiæ.

<sup>12</sup> Humilitas Diligentia linguam excidit.] Cum enim humilitas (id est incuria sui ipsius) accesserit ad diligentiam (id est, ad auscultationem rationis) statim obmutescit quodammodo diligentia, & tota est in auscultando: qui enim se non curat, hic nullam rebus legem dicit, sed illam modo legem audit auscultatque, quam Deus rebus inscripsit: in hoc enim occulta quædam & abstrusa nequitia est, quod homines ita proni sint ad dicendum quid de rebus, quod à rebus ipsis non accepere: in eo enim Dei thronum quodammodo affectant, & quod Deo proprium est, sibi usurpare testâ quadam, & quam ipsi non satis intelligunt, nequitia conantur. Dei enim solius est dicere rebus Leges, quas ipse à rebus non accipit: nostrum non est leges dicere rebus, sed leges tantum



ligentia linguam excidit : <sup>13</sup> Obedientia  
 N 2 oculos

eis inscriptas legere. V. G. corpus, si est quo exten-  
 sum est, divisibile etiam sit, sui penetrationem aut  
 replicationem non admittat, multasque similes leges,  
 quas Physici & Metaphysici demonstrant, sequatur  
 necesse est. Has ei leges Deus dixit, quas quodam-  
 modo digito suo inscripsit ei, proinde nostrum est, eas  
 quidem exquirere, legere, auscultare; sed aliquana  
 corpori legem dicere (V. G. ut finem habeat, & ex-  
 tensio ejus alicubi terminetur) quam in eo scriptam  
 non invenimus, quam corpus ipsum nobis non in-  
 nuit, hoc nostrum non est: Et quotiescunque simi-  
 le quid affectamus, Divinitatem quasi aliquam affe-  
 ctamus. Idem habet locum in Ethicis, cum nempe  
 Obligationem aliquam nobis consciscimus, quam ra-  
 tio non tulit. Vide pag. 149. sub finem. Hoc ergo  
 præstat Humilitas, ut diligentia nunquam loquatur  
 quin obmutescat tota, & velut elinguis fiat, nec un-  
 quam dicat, quæ sua sunt, auscultet verò, & attendat  
 acerrimè ad ea, quæ Deus dixit, legesque illas anno-  
 tet quam studiosissime, quas rebus à Deo insculptas  
 videt, sua vero nunquam interponat.

<sup>13</sup> Obedientia oculos eruit.] Cum enim humili-  
 tas, seu incuria sui accesserit ad obedientiam seu exe-  
 cutionem Rationis, nihil jam amplius videt obedi-  
 entiam, sed finit merè duci se tanquam cæcam à Ratione  
 nulla sui contemplatione ducitur, nec commoda re-  
 spicit; sed mere exequitur, quod ratio præceperat,  
 omni aliâ consideratione valere jussâ. Maxime autem  
 apparet cæcitas obedientia, circa præmia virtutis, quæ  
 ipsa non sequitur, non spectat, & circa pœnas pecca-  
 ti, quas ipsa non fugit, non respicit; sed merè virtu-  
 tem ipsam, legem Dei seu Rationem sequitur, meri-  
 to igitur cæca dicitur, quæ ibi nihil videt, ubi homi-  
 nes omnes putant se esse debere tam oculatos. Vir  
 bonus seu obediens novit quidem præmia, quæ se  
 manent

oculos eruit : <sup>14</sup> Justitiæ verò , nescio quam potionem miscuerit , nam hæc tota dirigit , & nullam in partem flecti potest. Bene res habet , quod <sup>15</sup> in agro Melampano

manent agentem benè , & pœnas , quæ manerenti ageret secus ; sed hic prospectus obedientiam ejus non ingreditur : quoad hæc , habet se merè speculativè & non practicè , non ducit hæc in intentionem suam , sed foris consistere jubet in contemplatione suâ. Vide supra. Pag. 157. Et seqq. cæcæ obedientiam , quam plurimi homines velut instinctu naturali agnoverunt , sed eorum quidam valde perverse applicaverunt , dum eam hominibus quibusdam servire voluerunt , & eorum ductui cæco modo obsequi in quos verissimum est hoc : cæcus dum cæcum duxerit , uterque in foveam cadit ; vera autem obedientia , licet ipsa quidem in se cæca sit , ocularissimam tamen sequitur (imo non oculatam tantum , sed ipsum oculum) sapientiam atque prudentiam , quæ ex diligentia nascuntur : unde nullum ei periculum lapsionis.

<sup>14</sup> *Justitia tota dirigit.* ] Cum humilitas seu incuria sui accedit ad justitiam , hoc efficit ut tota hæc rigescat ; & nec in plus , nec in minus declinet unquam. Qui enim nullâ sui curâ ducitur , non plus , non minus faciet , quam Ratio dicit : plus enim illud atque minus semper est à Philautiâ : cum enim Ratio hoc jubeat non plus non minus , si tu plus minusve feceris , necesse est , ut id pro libidine tuâ feceris , ecce manifestam philautiam , curam sui inimicam Humilitatis.

<sup>15</sup> *In agro Melampano.* ] Id est , etiamnum in inspectione sui versetur , & occupatus sit : Hæc enim inspectio per agrum illum intelligitur : Et ad Agrum illum Philaretus jam abierat pag. 165. sub med : fingiturque nondum inde rediisse.

pano versetur meus Philaretus : <sup>16</sup> vapu-  
larem, si in hac Tragoedia offenderet me  
à cortinis. Sed, ô Spectatores, pulcræ  
sunt istæ Divæ vel sic : <sup>17</sup> imo non nisi sic,  
pulcræ sunt: Videte : quam sunt venustæ!  
quam lautæ ! quam decet eas hæc forma!  
Meram gratiam spirant istæ plagæ, quibus  
hæ sorores à sorore sua acceptæ sunt: sed  
suntne plagæ ? an potius decora ? Elinguis  
illa & muta : quam est placida ! quam pa-  
cata ! quam eleganter silet ! quam elegan-  
ter nostros strepitus ac celebritatem fu-  
git ! Ut cæca illa, mitis est ! & illam sic  
N 3 duci

<sup>16</sup> *Vapulare.*] Philaretus enim noster zelosus  
est virtutis amator : sed zelo sæpe non satis prudenti  
( quod in zelosis illis sæpe admodum obtinet ) patet  
hoc ex iis quæ objicit contra Obligationem sextam,  
N 3. & 4. ubi nimis acriter & parum prudenter vir-  
tutis negotium agit.

<sup>17</sup> *Imo non nisi sic pulcræ sunt.*] Nempe Diligen-  
tia, obedientia & justitia ( quæ hic Divarum nomine  
veniunt ) non habent completam suam essentiam, nec  
hoc sunt, quod esse dicuntur, nisi Humilitas accesserit.  
Diligentia enim sine humilitate sua dicit : hoc  
vero non est diligentia, sed vanitatis. Obedientia si-  
ne humilitate se suaque respiciet : hoc verò non est  
obedientia, sed servitutis sui. Justitia sine humilitate  
modo in plus, modo in minus inclinabit, prout libido  
vel proprio cum commodorum ratio postulabit : hoc  
vero non est Justitia, sed mutationis & incertissimæ  
vacillationis.

duci à venerabili hoc sene (1<sup>s</sup> An parente suo? Videtur) quam est pium! Et rigida illa, nonne viget? ore sublimi, contento corpore, nonne tota generosa est, & plena majestate? Videte: quid nisi tres Charites videtis?

Nescio quid audio turbarum: 1<sup>o</sup> Germanus nostri Philareti, qui fortè in foris adest, succenset mihi: queritur cum stomacho, me 2<sup>o</sup> ædilitatem sine populi suffragio gerere: me in Scenam produxis-

18 *An parente suo?* ] Nempe obedientia ducitur à Ratione seu λόγῳ, hic vero pater obedientiæ, virtus ejus mater; virtus enim est amor rationis, hic amor complectendo Rationem imprægnatur, procreatque virtutes Cardinales. Itaque hic Ratio habet analogiam Patris comparatione factâ ad virtutes Cardinales.

19 *Germanus.* ] Aberat Philaretus ipse, sed inter Spectatores hic est similis aliquis ipsi, qui proinde frater ejus vocatur: hic similiter zelosus, sed parum prudens virtutis amator, existimat esse præter decorem fabulam, qualis hic exhibetur, de virtutibus componere.

Quem auctor in belgica versione appellat *Heptong*/ sicuti philaretum nominat *Hept-hert*: duplex sane hominum genus: alii puro sunt corde, pura autem lingua potius quam corde alii, qui virtutem magis ore quam animo profitentur, maluntque sermonem de virtute, quam illam ipsam habere: affinitate tamen aliqua cum philareto nostro conjuncti, ejusque germani: vide notam ultimam ad lit. B.

20 *Ædilitatem.* ] Spectabat enim olim *Ædiles* ludos dare, & spectacula populo exhibere.

se Deas: nec personatas, ut alii, sed ipsissimas: me Tutelares suas, Ludias fecisse. Non feci, non produxi: eas sibi esse sivi: fuerunt in sacrario, fuerunt in Theologo suo: inde visum est iis, quod vidistis modò, spectaculum nobis facere. <sup>21</sup> Et, profane, non fabulas agunt Divæ, sed sacris operantur: Mystagogus ego: pandam tibi hæc mysteria; sed ita demum a (nam nefas aliter) si initière.

N 4. Argu-

<sup>21</sup> *Et profane.*] Hic respondet auctor ad objectionem, quam frater Philareti fecerat: nempe non tam attendendum esse ad fabulam, quæ hic proponitur, quam quidem ad mythologiam & explicationem istius fabulæ: quam tamen mythologiam non subdit auctor, utpote quam novit satis in promptu esse iis, qui in libello hoc vel mediocriter versati fuerint.

<sup>d</sup> Olim non licebat ceremonias religionis, coram profanis hominibus, aut necdum initiatis (quos hodie vulgo *leeken* vocamus) explicare, & quid significarent exponere: adeo ut Tarquinius Romanus rex Marcum Tullium, Romæ prætorem, quod librum secreta religionis continentem, sibi que concreditum, pretio victus à profano quodam nomine, Petronio Sabino, describendum tradiderat, sacco consutum in mare projecit vivum, quam postea pœnam luere parricidas Romani voluere, eo quidem indicio, ut quisque resciret, parricidium, & Ceremoniarum religionis explicationem perinde ipsis vitio verti, observante id etiam Valerio Maximo. Verum enim vero ita insaniic ethnicismus, cui insaniæ æque plus, imo minus quam ab eo confictis longo ordine fabulis tribuimus. Satis superque constat, quinam hic nomine vulgi (*leeken*) veniunt?

## Argumentum,

§. 13. De Fructu Humilitatis, una cum  
Compendio totius Libelli.

**L**ibellus hic conscriptus est de Humilitate, non tamen ita inscriptus est, idque ob rationes bonas. Et est necessarium, ut qui de Virtutibus Cardinalibus dicturus sit, re ipsa de Humilitate præcipue dicat. Probatur autem quatuor modis (nec plures videntur esse) nos humiles esse debere, seu sine curâ & contemplatione nostrum, nostræve felicitatis: Primum ex definitione virtutis duæ probationes sumuntur: cum enim virtus sit amor Rationis, demonstratum est amorem non posse esse in duos, & per consequens amorem Rationis non admittere amorem nostrum. Secunda Ratio, ut quæ lex sit, non posse

ama-  
veniunt: nimirum illi præposterè pii, qui parumper sunt Ethices periti, & nihilo secius (ut id genus hominis evenire assolet) cæco Impetu, & fervido sed imprudenti zelo ducuntur, audentque alios omnes pro illusoribus, & nequaquam piis atq; probis habere, qui res Ethicas non ita proponunt, quemadmodum illi eas sibi sine Ratione, penicillo hujus aut illius vanæ & confusæ imaginationis, in animo suo depingi curaverant, atque adeo *initiari* nihil aliud est quam Ethices esse peritum: qui enim *initiati* sunt, emblemata hoc, & quæ alibi in hoc libello passim occurrunt, se cum facile & rectè interpretabuntur.

amari, si nos ipsos amemus; lex enim qua  
lex non respicit bonum ejus, cui lata est,  
sed Obligationem: Hæ ergo sunt duæ pro-  
bationes. Tertia desumitur ex definitione  
& essentiâ nostrum, quæ definitio in inspe-  
ctione nostrum continetur, ex qua con-  
clusum est, nos nihil valere ergo & nihil  
debere veile, hoc est, omnem sui curam  
abjicere. Quarta probatio est ex essentiâ  
Dei, hic enim essentialiter Dominus est,  
hic solus potest de felicitate suâ despiciere,  
nobis serviendum est, vide pag. 160.

*Alterum Libelli Compendium.*

**V**olo facere quod jubet Ratio (probus  
sum) ideo ausculto quid dicat Ratio  
(diligens sum) ideo facio etiam quod dicit  
Ratio (obediens sum) ideo etiam id unum  
facio (justus sum) ideo denique nullâ mei  
curâ ducor (humilis sum.) Cum ausculto  
Rationem, avertō me à rebus externis,  
converto me intra me (Partes diligentia  
notantur.) Cum facio quod dicit Ratio,  
& ago quod jubet, & omitto quod vetat  
(partes obedientia notantur.) Cum id  
unum ago, non plus non minus ago (par-  
tes justitia denotantur, quarum altera pu-  
ritas, altera perfectio vocatur.) Ut mei in-  
curiosus sim, meipsum inspicio, & quia  
hoc

hoc agens video me nihil posse, nihil etiam volo (Partes Humilitatis designantur, quarum altera inspectio sui, altera despectio vocatur.) Ut Rationem rectè percipiam, familiaritatem cum eâ in eo: vaco ei ubi facilis est, repeto quæ benè scio (hoc mihi adminiculum diligentiae meae est.) Ut faciam quia jubet Ratio, desuesco facere, quia jubent homines (hoc mihi adminiculum obedientiae meae est.) Ut id unum agam, naturam rerum considero, & non esse quid quod esse dicitur, cui vel tantillum desit & aut superet, firmissimè mihi imprimo (& nactus sum adminiculum aliquod Justitiae) ut mei incuriosus sim, constituo de præmio virtutis & poenâ peccati non laborare, totam actionem omissionemque meam ex lege Dei suspendere (& nactus sum adminiculum aliquod humilitatis.) Cum ausculto Rationem, tandem etiam percipio, quid dicat, & sapio (hoc diligentiae meae præmium est.) Cum id ago, quod jubet Ratio, liberor, & nemini jam amplius servio (hoc præmium obedientiae meae est.) Cum id unum ago, quod jubet Ratio satis ago & fatior (hoc præmium justitiae meae est.) Cum me ipse incuriosus desero, Deus ipse me recipit (hoc præmium humilitatis meae est.)

F I N I S.